Et, pécheurs en naissant, corrompus dès l'enfance,
Chez eux l'amour du mal croît avec la raison.

. . . .

Contre la voix de Dieu, leur malice est pareille
Aux ruses de l'aspic dangereux et menteur,
Que nul art n'apprivoise, et qui ferme l'oreille

Aux charmes les plus forts d'un habile enchanteur.

Seigneur, brisez l'orgueil de leur dent vénimeuse [1]) ;
De tout votre carquois lancez sur eux les traits.
Qu'ils passent sans retour, ainsi qu'une eau fangeuse
Qui fuit et se va perdre au milieu des marais ;

Ainsi que passe et fond la limace éphémère ;
De qui la chair gluante au soleil se détruit ;
Ainsi qu'un avorton, qui fait rougir sa mère,
Et qui rentre aussitôt dans l'éternelle nuit.

Sicut aspidis surdæ (quæ) obturat aurem suam.

6. Quæ non audit [ad] vocem murmurantium (*S. Hier.*) *aut* mussitantium (*Ar. Mont. et Amam.*), — incantantium (*Sept.*) — ψιθυριζόντων, *id est* susurrantium (*Symm.*);

Venefici incantantis sapienter (*Vulg.*) — magi artes-magicas scitè exercentis (*Vatabl.*) — incantantis incantiones callidas (*S. Hier.*) — *propriè* jungentis conjunctiones docti (*Ar. Mont.*); *id est* harioli *seu* præstigiatoris periti, ligamina mystica patrantis.

7. Deus, contere dentes eorum in ore ipsorum!

Molas (istorum) leunculorum destrue, Jehova!

8 6. Intendit arcum suum (Dominus), ità ut infirmentur *aut* conterantur (*S. Hier. et Vulg.*) **.

8 α. Ad nihilum deveniant, sicut aqua decurrens (*Vulg.*) — dilabantur sicut aquæ, et abeant sibi ipsis, *id est* evanescant (*Vatabl. et Ar. Mont.*)

9. (Auferantur) sicut cera quæ fluit (*Vulg.*) *sed propriè* sicut vermis tabefactus (*Aquil. et S. Hier.*), *aut fideliùs adhùc*, sicut limax, *aut* cochlea, quæ liquescit (*Chald., Clar., Sant. Pagn., Amam., Ruding., Ros., etc.*) — sicut limax liquefactionis, *id est* liquefactioni obnoxia (*Ar. Mont.*) — abit *vel* transit *aut* evanescit;

Sicut (transit ac ejicitur) abortivus mulieris, (qui) non videt solem (*Aquil., Symm., S. Hier., etc., et quidem rectissimè*) ***.

10. (Væ vobis, ô peccatores, quorum spes subita velut viatoris cœna auferetur,)

Antequàm (enim) sentiant lebetes vestri, *aut* ollæ vestræ, *seu* caldaria vestra (*Grotius*) rhamnum (accensum, *id est* flammam rhamni, *arbusti spinosi qui facilimè flagrat*),

(Mox, sicut sæpè fit in deserto,) tàm vivum (*id est* adhuc virentem) quàm adustum (*aut* ardentem), turbo-abripiet eum, *vel* turbine-abripiet eum (Deus, *versiculo septimo memoratus*) ****.

11. Lætabitur justus cùm viderit ultionem;
Pedes (*propriè* gressus) suos tinget in sanguine peccatoris *aut* impii.

12. Et dicet homo : « Verè est fructus justo ;
Certè est Deus, judicans in terrâ. »

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto ;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Les méchants souffriront, trompés dans leur attente,
Privés de l'aliment qu'enviait leur espoir :
Comme ces voyageurs qui, tristes sous la tente,
Ont perdu les apprêts de leur repas du soir,

Quand des vents du désert la tournoyante haleine
Sur la flamme naissante et les trépieds dressés
A soufflé tout-à-coup, — balayant dans la plaine
Les rameaux du nerprun fumants et dispersés.

Le juste, un jour, témoin de la fin des coupables,
Applaudira tremblant aux lois du Dieu vengeur.
Les châtiments du mal lui deviendront palpables,
Et ses pieds marcheront dans le sang du pécheur.

Et la terre, attentive à cet arrêt terrible,
Dira, voyant les bons et leur félicité :
Il est donc dans les cieux un juge incorruptible
Qui frappe et récompense avec pleine équité.

Gloire au Père, à son Fils, couple saint qu'on révère;
Au Souffle tout-puissant, par tous les deux conçu;
Pur faisceau, Trinité clairvoyante et sévère
Devant qui nul forfait ne passe inaperçu,

Et dont la loi, brisant toute arrogance humaine
Sous un sceptre aux pervers inévitable et dur,
Divine, exercera le souverain domaine,
Durant les jours divins du long siècle futur.

NOTÆ.

* « Nùm verè, o congregatio, etc. » — Modo aliquantùm meliore Rosenmullerus hebraïcam phrasim interpretatur, scilicet isto : « An verè silebit justitia (*propriè*, an obmutescentia est justitiæ)? Loquimini (et) recta judicate, filii hominum. » — Sed hoc etiam obscurum et è longinquo quæsitum videtur. Vulgatæ sententiam penitùs anteponendam esse non dubium est.

** « Intendit arcum suum (Dominus), donec infirmentur. » — Fortassè melior est opinio recentiorum, qui sic vertunt : « Intendit (quisque impiorum) sagittas suas, (sed) velut ac si succisæ, *aut* obtusæ, forent. »

*** « Qui non videt solem. » — Hìc legit Vulgata, sed malè : « Supercecidit ignis, et non viderunt solem. » Nulla ibi mentio fit supervenientis ignis ; de muliebri autem abortivo agitur. « Abortivi significationem, » inquit ipse Agellius (*pag.* 262), « videntur verba quæ sequentur confirmare. »

**** « Tam vivum quàm adustum, turbine abripiet rhamnum Deus. » — Hìc mirum in modum dissentiunt commentatores, præcipuè quoad vias intelligendi verbum SIROTH, quod *spinas* significare crediderunt multi, quamvis spinæ SIRIM legitimè vocentur. Sensus quem elegimus, cunctis aliis longè lucidior, pulcherrimam præbet metaphoram, ac non solùm probabilis judicari potest, sed omninò certus. Vatablus et Grotius, necnon Santes Pagninus, illum ex parte viderant ; sed rem penitùs enucleavit ac perfecit Rosenmullerus, qui tùm *crudæ carnis* cùm *iræ* seu *furoris* notiones expellendo, rectè sensit verba ĀTHĀR KEMŌ KHAI KEMŌ KHĀRŌN significare *rhamnum tàm vivum quàm adustum.* « Avant que vos chaudières dressées n'aient eu le temps de sentir la flamme du nerprun (dont vous étiez allés couper les buissons), le Seigneur (par le vent de sa colère) dispersera tout ce bois entassé, tant celui qui était encore vert que celui qui se charbonnait déjà. » — Empruntée aux traversées du désert, et au campement des tribus ou des caravanes, une telle métaphore est parfaitement naturelle en Orient.

NOTES.

[1]) Nous approuvons l'ancienne manière (non encore tout-à-fait perdue) de prononcer cet adjectif, et nous laissons subsister l'*é* accentué, qui donne au mot plus d'ampleur. Il est vrai que dans *venin* la voyelle *e* est muette ; mais ce n'est pas là une objection, les dérivés gardant souvent l'*e* soutenu, que leurs simples ont perdu. Ainsi l'on dit *secret* et *sécrétion*, *rebelle* et *rébellion*, etc.

PSALMUS LVIII VULGATÆ;

HEBRÆORUM LIX.

(Eripe me de inimicis meis.)

LA-M'NATSÊAKH, AL THASCHKHÊTH, LE-DÂVID, MICTHÂM, BI-SCHELOAKH SCHÂOÛL, VA-YISCHMEROÛ ETH HA-BAÏTH LA-HAMÎTHÔ.

In finem, ne disperdas, David, in tituli inscriptionem, quandò misit Saül, et custodivit (*aut potiùs* custodierunt) domum ejus ut eum interficeret. (*Vulg.*).

Victori, ne disperdas, ipsius Davidis, mictham, cùm misisset Saül ut observarent domum, ut interficerent eum. (*Sant. Pagn.*).

Victori, ne corrumpas, Davidi, mictham, in mittendo Saül, et custodierunt domum ad interficiendum eum.

Ce chant, qui est à la fois une prière et une prophétie, fut composé, si l'on s'en rapporte à son titre, au moment où Saül venait d'envoyer des archers environner la maison de David, qui fut obligé de se sauver par une fenêtre. On y voit une effrayante prédiction du sort des ennemis du Christ.

ERIPE ME.

—

2. Eripe me ab inimicis meis, Deus mi;
(Et) ab insurgentibus in me (*sive* obsistentibus mihi), extrahe me *vel potiùs* extolle me (*quasi* auferendo me sursùm, *ità ut illi, de planitie, mihi nocere nequeant*).
3. Eripe me ab operariis iniquitatis,
Et de viris sanguinum salva me.

4. Quia ecce insidiatur animæ meæ;
Irruunt in me (*Sept. et Vulg.*) — congregantur adversùm me (*Sant. Pagn., S. Hieron., etc.*) fortes (*Vulg.*) *aut* violenti.
5. Non prævaricatio mea (fuit odii causa), non peccatum meum, Jehova; *gallicè* « non qu'il y eût, de ma part, crime ou faute. »
Sine (ullâ) iniquitate (meâ) currunt (illi) ut percutiant me (*Symm.*) — et præparant se (*Sim. de Muis., Ar. Mont., etc.*) *.
Exsurge, *aut* suscita te, in occursum meum, et vide.
6. Et tu, Jehova, deus exercituum, deus Israëlis, evigila ad visitandos omnes (hos) gentiles;
Neque parcas (ulli horum) prævaricatorum pessimorum. Selah.

10. Fortitudinem ejus (*Hebr. sed malè*) — fortitudi-

ERIPE ME.

—

Arrache-moi, Seigneur, à qui m'opprime,
Au péril qui m'entoure, au poignard menaçant,
Aux vils archers d'un ennemi puissant.
Trompe dans leurs efforts les ouvriers du crime,
Et dérobe ma vie à ces hommes de sang.

Ils m'ont dressé des embûches mortelles;
Ils veulent du salut me fermer les chemins.
Qu'avais-je fait à ces cœurs inhumains?
Plus méchants que ne sont les peuples infidèles,
Ils auront compte à rendre en tes sévères mains.

Soutien chéri de mon âme accablée,

De tant de maux amers toi qui me délivras,
J'aime à chanter le secours de ton bras.
La faiblesse est en moi, mais ta force y supplée :
Jusqu'au bout, Dieu Sauveur, tu me protégeras.

Le long des murs et des places publiques,
Courent des meurtriers sans m'atteindre et me voir.
Fais, ô mon Dieu, que, rôdant jusqu'au soir,
Comme on verrait errer des dogues faméliques,
Ils lassent à la fin leur homicide espoir.

Pareil au glaive est le cri de leur bouche.
Sans doute, en exhalant leur lâche passion,
Ils ont cru sourd l'Arbitre de Sion.
Qu'ils y soient pris, Seigneur! Je vois ton ris farouche :
Tu rejettes sur eux la malédiction.

En quête un jour, dans les places publiques,
Du plus humble aliment ils voudront se pourvoir;
Mais c'est en vain..., et rôdant jusqu'au soir,

nem meam (*Chald.*, *S. Hier.*, *Muis.*, *Sept. et Vulg.*) — ad te custodiam *aut* tibi servabo. *Sed potiùs :*

Fortitudo mea, tibi (*propriè* super te) psallam ** ;

Quia deus protectio mea (*vel* protectionis meæ), deus misericordia mea (*vel* misericordiæ meæ) tu (es).

7. Revertantur ad vesperam (scelere eorum non patrato, hi qui me quærunt); perstrepant (*Muis.*) — tumultuentur (*Ar. Mont.*) — latrent (*S. Hier. et Sant. Pagn.*) — famem patiantur (*Vulg.*) — fremant (*Munster.*) *vel* ululent — sicut canes;

Et circumeant civitatem.

8. Ecce (malitiam) scaturiunt (*Ar. Mont.*) — loquuntur (*S. Hieron. et Vulgat.*) — ore suo; gladii in labiis eorum (esse videntur);

Quasi (eos) nemo (*id est* nullus supernus judex) audiat (*Symm. et S. Hier.*). *Vel*, quoniam (dicunt:) quis audit?

9. Tu autem, Jehova, deridebis eos;

Subsannabis omnes (illos) gentiles (*id est* peccatores et incredulos, gentilibus æquirandos.)

13. Scelus oris eorum (fuit) sermo (crudelis) labiorum suorum;

Et capientur in (ipsâ) superbiâ suâ, propter maledictionem (eorum in innocentem) et mendacium (quod) narrant (adversùs eum).

15. Revertentur ad vesperam, latrabunt (frement, ululabunt, etc.) velut canes,

Et circuibunt civitatem.

16. Ipsi dispergentur (*seu* vagabuntur) ut comedant, *id est* ad victum quærendum, *aut* ne jejunî pernoctent (*Theodoret.*);

Cùm verò non saturati fuerint, (ideò) murmurabunt (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*). — *Aut aliter :* quando non saturabuntur, pernoctabunt; *id est :* et quamvis vagati fuerint ad comedendum, pernoctabunt famelici.

11. Deus salutis, *propriè* misericordiæ, — *vel* Deus salute *aut* misericordiâ (suâ) — præveniet me. *Aliter :* Dei mei misericordia præveniet me (*S. Hier.*).

Deus ostendet mihi insidiatores meos (*S. Hier.*), *sed meliùs :* Deus videre-me-faciet (ultionem) in hostes *vel* adversarios meos (*Vulg. et Clar.*) — in invidos meos (*Ar. Mont.*)

14. Consume (eos) in furore (tuo); consume (eos) et ne sint, *vel* ità ut non sint (*Euthymius*);

Et sciant quòd Deus dominatur in Jacobo et finibus terræ. Selah.

12. Ne (tamen penitùs) occidas eos, nequandò obliviscatur populus meus *** ;

Disperge (*Vulg.*) — vagari-fac (*Sant. Pagn.*) — eos (a domibus suis) potentiâ tuâ; et depone (*vel* humilia *aut* fac descendere) eos, (tu) clypeus noster, Jehova.

17. Ego autem cantabo robur tuum,

Et celebrabo (*sive* altâ-voce-canam) manè misericordiam tuam.

Comme on verrait errer des dogues faméliques,
On les verra sans pain, hurler de désespoir.

Alors, Seigneur, témoins de l'anathème,
Sur le sort des méchants mes yeux vivront ouverts.
Frappe-les tous ! consume les pervers !
Et qu'ils sachent enfin quel est du Dieu suprème
Le sceptre dans Jacob et dans tout l'univers.

Mais non ; — plutôt, qu'il en survive un reste,
Pour sauver de l'oubli l'œuvre de ta fureur.
Banni, déchu, fatal objet d'horreur,
Que ce reste impuissant, marqué d'un sceau funeste,
Préserve tes Elus de sa coupable erreur.

Moi, soulagé par ta bonté fidèle,
Moi, dans les jours d'orage, accueilli dans ton sein,
Moi, trop vengé de ce peuple assassin,

Je loûrai triomphant ta grandeur immortelle,
Et doublerai d'hommage à son nom trois fois saint.

Soutien chéri de mon âme accablée,
De tant de maux amers toi qui me délivras,
J'aime à chanter le secours de ton bras.
La faiblesse est en moi, mais ta force y supplée ;
Jusqu'au bout, Dieu Sauveur, tu me protégeras.

Hommage au Père, en qui l'être prend source ;
Au Fils, dont sa rigueur venge et poursuit la mort ;
A l'Esprit saint, aiguillon du remord :
Trio qui garde à l'homme, au terme de sa course,
Peine ou félicité, supplice ou réconfort.

17 *bis*. Quia fuisti sublevatio mihi,
Et refugium in die tribulationis meæ.

18. (O Domine) fortitudo mea, super te (*id est* tibi) psallam;
Quia (tu es) ô deus sublevatio mea, deus misericordia mea (*Vulg.*) *vel* deus misericordiæ meæ (*Hebr.*)

Gloria Patri et Filio
Et Spiritui Sancto;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

NOTÆ.

* « Sine ullâ iniquitate meâ currunt et præparant se. » — *Cucurri et direxi*, dicit Vulgata, sed ægrâ et obscura versione. Istâ notione « *directionis* » admissâ, saltem debuissent passivè verbum sumere, dicendo non *dirigebam* sed *dirigebar*, id est, rectam viam non relinquebam. Sic fecit S. Augustinus.

** « Fortitudo mea, tibi psallam. » — In hodierno Hebræorum textu, legitur : « Fortitudinem *EJUS* apud te custodiam (*Ar. Mont.*) *vel* tibi servabo (*Sant. Pagn.*). » Istud verò sensu carere nemo est qui non videat. Sanctus Hieronymus, Vulgatam secutus, alio modo vertit, minùs difficili : « Fortitudinem *MEAM* ad te servabo. » Hæc autem verba, quamvis, separatim sumpta, aliquâ significatione gaudere queant, istoque modo a Clario interpretentur, « tibi meas vires acceptas fero, » tamen parùm huic loco congruunt, nec versioni quam elegimus æquiparari possunt. Hanc ultimam (nempè, *Fortitudo mea, tibi psallam*) ex versiculo 18 sumpsimus, qui repetitus ibi fuisse nobis videtur, iteratione in psalmis non infrequenti; præsertim cùm ista simplicior ac multò magis commoda lectio perparùm differat a priori, modò litteris hebraïcis exprimatur. Sufficit enim legere HaZaMmeRAH pro HeSCH'MoRAH; tunc quisque videre potest, neglectis punctis vocalibus, unam tantùm consonantem mutari (scilicet *schin* in *zain*), sicque statim sensum surgere obvium ac perfacilem, jam alibi a Psalte expressum.

*** « Nequando obliviscatur populus meus. » — *Propriè*, obliviscantur. Viget enim apud Hebræos eadem norma grammaticalis quâ dicunt Latini « *turba ruit* seu *turba ruunt*. »

PSALMUS LIX VULGATÆ;

HEBRÆORUM LX.

(Deus, repulisti nos.)

LA-M'NATSÈAKH 'AL SCHUSCHAN 'ÉDUTH, MICTHÂM LE-DÂVID LE-LAMMED; BE-HATSÔTHÔ ETH ARAM NAHA-RAÏM VE-ETH ARAM TSÔBAH, VA-YASCHAB YÔAB, VA-YAC ETH ÉDÔM BE-GHE MÉLAKH SCHENÊM 'ÂÇÂR ÂLEPH.

In finem, pro his qui inmutabuntur, in tituli inscriptionem, ipsi David, in doctrinam; quùm succendit Mesopotamiam Syriæ et Sobal, et convertit Joab, et percussit Idumæum in valle Salinarum duodecim millia. (*Vulg.*).

Victori, pro liliis, testimonium humilis et simplicis David, ad docendum; quando pugnavit adversùs Syriam Mesopotamiæ et Syriam Soba, et reversus est Joab, et percussit Edom in valle Salinarum duodecim millia. (*S. Hier.*).

Victori, super Susan testimonii, michtam Davidis ad docendum; in rixando ipse cum Aram Naharaïm et cum Aram Soba, et reversus est Joab, et percussit Edom in valle Salis, duodecim millia. (*Ar. Mont.*).

Propriè : Victori *aut* præcentori, super lilium *aut* rosam (*Belg. et Vatabl.*) — testimonii; insigne aureum Davidi, ad docendum; dùm certaret cum Syriâ fluviorum et cum Syriâ Tsobæ (*id est* Nisibenâ), et reversus est (ab isto bello) Joab, et percussit (populum) Edom in valle Salis, (ità ut ceciderint) duodecim millia (cæsorum).

DEUS, REPULISTI NOS.

3. Deus (qui) elongaveras (*Ar. Mont.*) *seu* projeceras (*Sant. Pagn.*) *aut* repuleras (*Vulg.*) nos — *vel* iratus-eras, *propriè* rancidus-factus-fueras (*Rosen.*) nobis, — et ruperas nos (*hoc est* agmina nostra),

Exacerbatus eras, (sed) reverteris ad nos.

4. Tremere-feceras terram, et scideras, *seu* fregeras, eam.

Sana contritiones ejus, quia nutat.

5. Videre-fecisti populo tuo durum (*id est* dura);

Propinâsti nobis vinum soporis (*Aquil. et S. Hier.*) — agitationis (*Sym.*) — tremoris (*Bythn.*) — stimulationis (*S. Aug.*) — perturbationis (*Ar. Mont.*) — temulentiæ (*Rosen.*).

6. Dedisti (verò) colentibus (*propriè* timentibus) te, signum *aut* vexillum,

Ut (ad illud) confugiant a facie arcûs (*Sept.*, *Vulg.*, *S. Hier.*, *Isid.*, *Clar.*, *Dath.*) Selah *.

7. Ut liberentur dilecti tui,

Salva (populum tuum) dexterâ tuâ,

Et exaudi me (ô Jehova)!

DEUS, REPULISTI NOS.

Dieu qui nous repoussais, Dieu dont l'âpre courroux
Rompait dans les combats nos lignes éperdues ,
Tu nous vois d'un regard plus doux ,
Et tes bontés enfin sur nous sont descendues.

Mais faible et fracassée en ses ébranlements,
Sion, pour se guérir, a besoin d'un prodige.
Dans tes sévères châtiments
Tu lui fis boire un vin de trouble et de vertige.

Refuge unique alors contre les dards aigus,
Drapeau de rallîment, mais non de délivrance,
A tes adorateurs vaincus
Il ne restait, Seigneur, que ta loi d'espérance.

C'en est fait. Grâce à toi, puissant Maître du ciel,
Pour nous de jours meilleurs semble poindre l'aurore.
Achève ! — et, sauvant Israël,
Exauce avec David le peuple qui t'implore !

Mais voici que du haut de son trône sacré,
Dieu parle... Il me promet des gloires éclatantes.
Triomphant, je possèderai
Sichem aux fortes tours et le vallon des Tentes.

Manassé m'appartient, Galéad est à moi [1];
Juda, noble tribu, me guide à la conquête;
Ephraïm, cédant à son roi,
Devient le sûr chevet où repose ma tête.

Soumis à mes besoins, Moab au front haineux
Est un vase servil [2] d'où sur mes mains l'eau coule.
Edom est l'acanthe épineux
Dont s'émoussent les dards sous mon pied, qui les foule.

Israël, enrichi d'honneur et de butin,
Aux brigands du rivage a dérobé leur proie;
Et je vois l'altier Philistin

8. Deus locutus est in sanctuario suo, *vel fortassè* (jurando) per sanctitatem suam;

Lætabor (igitur), et partiar (regnum Isbosethi, nempè) Sichemam; et vallem Succoth (*seu* Tabernaculorum) metiar **.

9. Mihi Ghilead et mihi Menasses (obtingit), et Ephraïm robur (est) capitis mei;

Jehuda legifer (*Aquil., S. Hier. et Ar. Mont.*) *vel* dux *aut* præfectus militaris meus (*Vatabl. et Clar.*) *aut* rex meus (*Vulg.*) *Hoc est :* Juda, tribus princeps, tribus regalis, quæ Messiam gignitura est, legislatores, (*vel* strenuos belli præfectos) mihi subministrat; mihi consilio et armis opitulatur). — *Aliter, et fortassè meliùs quamvis subaudacter, Henslerus :* « Jehuda sceptrum meum (est). »

10. Moab (tam vilis præ me factus est, ut videatur) olla lotionis meæ *vel* lavacri mei (*S. Hier., Ar. Mont., Muis., Agell., etc.*), *id est* pollubrum meum ***.

Super Edom projicium calceum meum

Vel fortassè : Moab spina (est) conculcationis meæ, etc. (*scilicet*, calceo meo fregi aculeum Moabi et Edomi, *ideòque gentes istæ, spinis earum obtusis, nunc inermes futuræ sunt*).

Mihi Palæstina fœderata est (*S. Hier.*) — mihi Alienigenæ subditi sunt (*Sept. et Vulg.*) — *Sed propriè :* De Philistæâ (regione) jubilatio mea (nascitur, *hoc est* jubilare licet mihi). — *Velut ac in psalmo CVIII) legitur :* De Philistæâ regione (triumphans) jubilor.

11. Quis ducet me ad civitatem munitionis, *id est* munitam?

Quis deducet me usque ad Edom *seu* Idumæam (sicut jam video id fore)?

12. Nonne tu, Deus? (tu ipse) qui (velut iratus) projecisti nos,

Et (qui nunc etiam) non egredieris cum exercitibus nostris!

13. Da nobis auxilium contra angustiam (*propriè* ab angustiâ, *hoc est* ut ex angustiâ liberemur);

Nam vanitas (*aut* mendacium) salus hominum (*id est* salus quam præstare possunt homines).

14. Deo adjuvante (*propriè*, in Deo *seu* cum Deo) faciemus fortitudinem (*id est* gloriosa facinora patrabimus);

Et ipse conculcabit hostes nostros.

Frissonner d'impuissance à nos longs cris de joie.

Qui donc aura vaincu les plus fiers combattants?
Qui m'ouvrira les murs de la cité fermée
Dont s'enorgueillit dès longtemps,
Par delà ses déserts, la fertile Idumée?

N'est-ce pas toi, Sauveur, dominateur divin,
Qui toujours, quand tu veux, reparais et nous venges!
Toi que nos yeux cherchent en vain
Et qui ne marches plus au front de nos phalanges !

Hâte, hâte, il est temps, cet heureux avenir;
Délivre-nous bientôt de l'angoisse où nous sommes!
C'est toi seul qui peux nous bénir :
Il est vain, le salut que l'on attend des hommes.

Invoquant avec foi l'Arbitre des combats,
En Dieu nous puiserons les forces nécessaires.
Dieu, jetant les guerriers à bas,
Va lui-même écraser nos fougueux adversaires.

Gloire au Prince éternel des pères et des rois,
Bienfaiteur des Elus alors qu'il les délaisse;
Au Fils, qui leur montre sa croix;
A l'Esprit dont l'ardeur ranime leur faiblesse.

A la Trinité sainte, accessible pour eux
Après les durs combats de leur foi méritoire,
Quand la palme des bienheureux
Deviendra dans leurs mains le prix de la victoire.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto ;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

NOTÆ.

* « Ut ad illum confugiant a facie arcûs. » — Hæc versio, quæ, pro KÔSCHET, supponit lectionem KÔSCHETH (non per TETH sed per THAU), magis probabilis est eâ quæ, recentioris textûs hebraïci pedissequa, sic se habet : « Dedisti cultoribus tuis vexillum [ad] elevandum, ob respectum (tuæ) veritatis. »

** « Et vallem Succoth metiar. » — Cùm metiri soleat heres vel emptor bona quæ adipiscitur, *metiar* hîc dicitur pro *possidebo.*

*** « Moab est olla lotionis meæ, *id est* pollubrum meum. » — Hîc Septuag. et Vulgata scribunt : « Moab est lebes spei meæ, » et Symmachus « lebes tranquillitatis meæ. » Ista autem plano lucidoque sensu carere videntur.

NOTES.

[1]) Galéad est à moi.

Nous avons choisi *Galéad*, comme une forme intermédiaire entre la véritable orthographe hébraïque, *Ghil'ad* ou *Ghilead*, et le mot, altéré mais plus connu, que les Septante ont rendu usuel : *Galaad.*

[2]) Est un vase *servil*, d'où sur mes mains l'eau coule.

Il a régné longtemps beaucoup de vague sur la manière de franciser les adjectifs terminés en *ILIS.* Ainsi *volatil* et *volatile* sont le même mot masculin, dont seulement la seconde forme a prévalu pour le substantif, la première demeurant adoptée pour l'adjectif. Ainsi, dans beaucoup de vieux manuscrits on lit *ustensil.* D'autres ne font emploi d'*utile* qu'au féminin, et écrivent au masculin *util*, comme *subtil.* En revanche, ce dernier mot recevait l'orthographe contraire, car Bossuet (sermon du 4e vendredi de carême) a dit *un corps subtile.* Bien des gens qui écrivent couramment au féminin une ardeur *juvénile*, hésiteraient encore sur le choix, au masculin, entre un élan *juvénile* ou *juvénil.*

D'après ces fluctuations, nous avons cru pouvoir, sans aucun scrupule, usant de l'ancienne latitude, terminer *servil* comme *civil.* D'ailleurs, et même sous l'empire du code le plus classique, les droits de la versification embrassent ces sortes de facultés. Pareille licence est beaucoup moindre, assurément, que celle qui consiste à tronquer *je vois* et *je viens*, pour en faire *je voi* et *je vien*, — ce qui n'a pourtant point effrayé nos grands tragiques.



PSALMUS LX VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXI.

(Exaudi, Deus, deprecationem meam.)

LA-M'NATSÊAKH 'AL NEGHINÔTH, LE-DÂVID.

In finem, in hymnis David. (*Vulg.*).
Victori, in psalmis David. (*S. Hier.*).
Victori, super neghinoth, *aut* modulationibus, Ipsi David. (*Ar. Mont.*).
Vincenti, *seu* præcinenti in melodiis, Davidi. (*Vatabl.*).

Il n'y a guère de psaume où la couleur prophétique soit plus évidente que dans celui-ci. David, affligé, fugitif, détrôné par un fils ingrat, y parle d'abord en son nom et comme simple *christ* humain, qui n'aurait reçu que l'onction royale; mais l'avenir perce à travers le présent, la figure à travers le type, et bientôt c'est le Messie céleste qui s'exprime par la bouche du prophète. Son retour au tabernacle divin doit l'y ramener « pour toujours. » Ses années seront « des générations » ou des siècles. Souverain maître des croyants, lesquels lui sont donnés en héritage, il prend le rôle d'un roi-pontife institué pour rendre à Jéhova « des hommages éternels; » et c'est « à perpétuité » qu'il s'assiéra en face du Seigneur.

EXAUDI, DEUS.

2. Exaudi (*propriè* audi), Deus, deprecationem meam;
Intende orationi meæ.
3. Ab extremo terræ ad te clamo, dùm anxiatur (*propriè*, dùm obruitur) cor meum.
In petram (quæ) exaltatur præ me (*id est* celsiorem loco ubi sum) ducis me (*Hebr.*). *Sed meliùs, secundùm Veteres* (*qui* THERÔMMÊNÎ *legerunt, non* YÂROUM MIMMENNÎ) : In petram exaltas me, deducis me.

4. Quia factus-es (*vel* fuisti) spes mihi;
Turris fortitudinis (factus-es mihi) a facie hostis.
5. Commorabor (igitur) in tabernaculo tuo in sæcula;
Protegar (*propriè* sperans-confugiam) in velamento, *seu* latibulo, alarum tuarum. Selah.

6. Quoniam tu, Deus, exaudisti vota mea;
Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum (*Septuag., Vulg., S. Hier. et Jun.*) *Vel potiùs, juxtà Rosenmullerum et Amamam :* Dedisti (mihi) hæreditatem timentium te, *aut* dedisti (mihi in) hæreditatem τοὺς timentes te *.

7. Dies super dies Regis (Messiæ, *Clar.*) adjicies;

EXAUDI, DEUS.

Loin des vallons de sa patrie
Vers vous se tourne l'exilé,
Seigneur ; — ma voix s'élève et prie,
Quand s'affaiblit mon cœur troublé.
Aussi vous vous montrez sensible,
Et sur la roché inaccessible
En paix je gravis consolé.

Espoir cher à ma juste cause,
Vous êtes le secours promis;
La forte tour qu'ici j'oppose
Au choc pressant des ennemis.
Je puis, sous votre œil tutélaire,
Braver le Monde et sa colère
Dans l'asyle où vous m'avez mis.

C'est peu qu'à ma plainte fidelle [1]
Vous gardiez un accueil serein :
Voici que votre amour m'appelle
A prendre un sceptre souverain.
Vous soumettez à mon empire
Quiconque, entre ce qui respire,
Vous connaît, vous aime et vous craint [2].

Du Roi les larges destinées,

Que tout fera croître et verdir,
Auront des siècles pour années ;
Son règne à jamais va grandir.
Sublime est son domaine immense.
Oh ! sa justice et sa clémence,
Qui saura les approfondir !

Dressé, bâti sur un sol ferme,
Sur vos décrets, Juge éternel,
Mon trône existera sans terme
Auprès du trône paternel ;
Et ma voix, présente et future,
Vous offre de la créature
Le chant d'hommage solennel.

Gloire à l'incomparable Père,
Refuge des cœurs enhardis ;
Au Verbe, par qui l'on espère,
Ainsi qu'il espéra jadis ;
A l'Esprit saint, de qui la flamme
Fait découvrir à l'œil de l'âme
Les profondeurs du paradis.

Gloire, oh ! gloire, au sublime ensemble
D'un triple et seul Pouvoir divin,
Sous qui tout bras où cède et tremble,
Ou veut lutter, mais lutte en vain ;
Au Dieu que nul temps n'a vu naître,
Qui vit ineffable en son être,
Et vivra dans les jours sans fin.

Anni ejus (erunt) sicut generatio et generatio.

8 β. Misericordiam et veritatem præpara (quæ) conservent eum (*Hebr.*) — Misericordia et veritas custodient eum (*Symm., Aq. et S. Hier., sed sublatâ voce* MAN).

Denique, sequendo τοὺς *Sept., Vulg., Drus., Amamam, Pricæum, etc.* : Misericordiam et veritatem (*aut* rectitudinem) ejus quis requiret (*hoc est* intelliget)?

8 α. Sedebit in æternum in conspectu Dei.
9. Sic psallam nomini tuo in perpetuum,
Ut reddam (tibi) vota mea de die in diem.

Gloria Patri
Et Filio,
Et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio,
Et nunc
Et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

NOTÆ.

* « Dedisti mihi in hæreditatem timentes te. » — Inter τῶν Septuaginta versionem, quam secuta est Vulgata, et Amamæ interpretationem, cui adhæsit Rosenmullerus, textus hebraïcus non pronuntiat; dativi enim particula nec post NĀTATTHĀ, nec post YERÜSCHATH invenitur. Harum verò conjecturarum posterior magis arridet, utpotè iis quæ sequuntur meliùs quadrans.

NOTES.

¹) C'est peu qu'à ma plainte *fidelle.*

On sait qu'autrefois l'adjectif français qui traduit *fidus* ou *fidelis*

	Au masc.	Au fém.
s'écrivait, selon le *genre* grammatical...	fidel	fidelle;
Et qu'ensuite on l'a écrit longtemps...	fidéle	fidelle;
Actuellement l'usage a prévalu de ne plus distinguer les deux genres, et de mettre pour l'un comme pour l'autre....	fidéle	fidéle.

En bien des circonstances, néanmoins, l'ancienne orthographe resterait ici une ressource précieuse, et souvent sa perte fait naître encore des regrets motivés. De pareils cas se présentent surtout dans les vers. Là, en effet, comme les inversions sont permises, des amphibologies résultent quelquefois de l'absence d'un excellent moyen, qui, différenciant jadis l'épithète masculine d'avec son féminin (écrit désormais de même), était si commode pour la lucidité. N'est-il pas fâcheux, par exemple, qu'en poésie les mots « à mon amitié fidéle » signifient indistinctement « *amicitiæ meæ fidus*, » ou bien « *amicitiæ meæ fidæ !* »

Sans doute il n'y a plus lieu de condamner, bien que mauvaise, une coutume qui est passée en force de loi; mais pour notre compte, usant d'un reste de la vieille indépendance, nous ne voyons pas d'inconvénient à orthographier ici les choses d'une façon qui rende indubitable leur sens, et qui en fasse sauter aux yeux la clarté.

²) Vous connaît, vous aime et vous craint.

Craint : mot qui, malgré son *t* final, forme rime légitime avec *serein* et *souverain*, parce qu'il est monosyllabique.

PSALMUS LXI VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXII.

(Nonne Deo subjecta erit anima mea?)

LA-M'NATSÊAKH 'AL YEDÙTHÙN, MIZMÔR LE-DÂVID.

In finem, pro Idithun, psalmus David. (*Vulg.*).
Victori pro Idithun, canticum Davidi. (*Ar. Mont.*).
Victori, ipsi Ieduthun, psalmus Davidis. (*Sant. Pagn.*).
Præfecto super Ieduthun (*hoc est* super Ieduthunis turmâ), canticum Davidis. (*Amama*).
Triumphale (carmen) per Ieduthunem (canendum), psalmus Davidis. (*Chald. et Symmachus*).

NONNE DEO SUBJECTA.

---

2. Nonne Deo subjecta erit anima mea? (*Sept. et Vulgat.*). — *Sed aliter :* Certè ad Deum silebit (*id est* quietè expectabit) anima mea (*Hebr.*, *Chald.*, *Arabs*, *et omnes commentatores*) ;

Ab ipso (enim) salus mea (ventura est).

3. Certè ipse (est) deus meus et salvator meus (*Sept. et S. Hilar.*) — deus meus et salutaris meus (*Vulg.*) — scutum meum et salus mea (*S. Hier.*) — *propriè* petra mea (TSŪRI) et salus mea; — (ipse est) altitudo *seu* elevatio (*id est* arx alta) mea.

Non movebor ampliùs (*Sept. et Vulg.*); *propriè*, non movebor multùm (*id est*, si paululùm nutavero, statim resurgam).

4. Usquequò irruetis (*Vulg.*) — insidiabimini (*S. Hier.*) — pugnabitis (*Syr.*) — injuriosi eritis (*Castal.*) — pravitates cogitabitis (*Kimkhi et Aben-Ezra*) — prava moliemini (*Muis. et Amam.*) — in virum (miserum et justum)?

NONNE DEO SUBJECTA.

Ah ! que mes jours soient des jours de détresse,
Soumise à Dieu mon âme se taira.
De tant de maux lui qui me délivra,
Oublîrait-il le danger qui me presse ?
C'est mon rocher, ma haute forteresse ;
Certain de lui, rien ne m'ébranlera.

Jusques à quand, vous dont le fiel s'épanche
Sur ceux qu'on frappe et qu'on veut immoler,
Vous verra-t-on de concert accabler
L'infortuné sans arme et sans revanche..,
Comme, à la fois, contre un vieux mur qui penche,

Fondent cent bras pour le faire écrouler.

Pleins d'une haine infatigable et noire,
Par le mensonge ardents à l'assouvir,
Au malheureux vous cherchez à ravir,
En l'outrageant, sa vie avec sa gloire;
Et l'équité qu'en vous on aime à croire,
A nuire encor vous la faites servir.

Dors cependant, ô mon âme! — Un bon père
De ton salut va frayer les chemins.
Pour s'abriter loin de l'œil des humains
L'aigle a son nid, les fauves leur repaire :
J'ai le Seigneur. — En ses bontés j'espère,
Et vers le ciel j'aime à lever les mains.

Imitez-moi (votre paix sera grande),
Peuples divers, de ce monde habitants.
A mon exemple, en tous lieux, en tous temps,
Que devant Dieu votre âme se répande.

Interficiemini (*Amam.*) — frangemini (*Michaël. et Ros.*) — universi vos, sicut paries inclinatus (et) maceria depulsa ?

Vel potiùs : Usquequò interficietis universi vos (hunc virum), quasi (irruentes in eum è latibulo), ex pariete inclinato et maceriâ depulsa (*Agell.*)? — *aut meliùs adhuc :* (incumbentes ei) quasi parieti inclinato et maceriæ depulsæ (*Septuag. et Vulg.*)!

5. Certè a celsitudine, *vel* dignitate, ejus (nempè hujus viri) consuluerunt (eum) depellere (*Hebr.*). — *Aut aliter :* Utique honorem meum cogitaverunt repellere (*Sept., Vulg. et Clar.*).

Volunt (*seu* diligunt) mendacium (*Hebr., Symm., S. Hier., etc., et quidem rectissimè*)*.

5 *bis.* Ore suo benè precantur,

Et corde suo maledicunt.

6. Verumtamen, (coram) Deo sile (*vel* quieta et subjecta esto), animâ mea!

Quoniam ab ipso (oritur) expectatio, *seu* patientia, mea.

7. Certè ipse (est) rupes mea et salus mea ;

(Ipse est) arx celsa (*propriè* altitudo) mea; (ideò) non timebo (*S. Hier.*) — non emigrabo (*Vulg. et Pric.*); *potiùs*, non nutabo (*Hebr.*).

8. Super Deo (fundata sunt, *hoc est* ab eo pendent) salutare tuum et gloria mea ;

Rupes (*aut* petra) auxilii (*propriè* roboris) mei, et spes mea in Deo (est).

9. Confidite in eo, in omni tempore, popule!

Effundite coram eo cor vestrum; Deus (enim) spes nobis (est). Selah.

10. Tantummodò vanitas (sunt) filii hominum; mendacium (sunt ipsi) filii viri (*id est* magnates).

In lancibus (apti *seu* destinati forent) ad ascendendum, præ vacuo (*aut* nihilo) simul. — *Hoc est :* in eâdem bilance positi cum τῷ nihilo, ipsi ascenderent, tanquàm leviores. (*Munster.*, *Vatabl.*, *Muis.*, *Clarius*, *Sant. Pagn.*, *Amam.*, *Bythner.*, *etc.*) **.

12. Semel locutus est Deus;

(Atqui) duo hæc audivi :

13. Quòd potestas Deo (est), tibique, Domine, misericordia;

(Et) quòd tu reddes viro (*id est* unicuique) secundùm opus suum.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui sancto ;

Sicut erat in principio
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

La confiance, il l'accepte en offrande:
Vous recevrez ses bienfaits éclatants.

Non, l'art menteur d'acquérir l'opulence,
Bien qu'applaudi, ne nous peut rendre heureux.
Les fils de l'homme, hélas, légers et creux,
Ne sont qu'une ombre, un souffle, une semblance [1];
Et le néant, placé dans la balance,
Comme un vrai poids l'emporterait sur eux.

Adonaï s'est daigné faire entendre,
Il a voulu nous parler une fois;
Et j'ai compris deux choses dans sa voix:
Que, juge auguste, il est sévère et tendre;
Et qu'à chacun il viendra bientôt rendre
Le sort final dont l'homme aura fait choix.

Hommage au Père, inconcevable cause;
A son doux Verbe, à son Esprit sacré:
Faisceau d'appui, ferme, unique, assuré,
Où du chrétien l'attente se repose;
Dieu qui vivait, seul, avant toute chose,
Et qui vivra, pour jamais adoré.

NOTÆ.

* « Volunt *seu* diligunt mendacium. » — *Cucurri in siti*, inquit Vulgata. « *Cucurri*, » pro *cucurrerunt*, defluxit ex Alexandrinorum aoristo ἔδραμον, quod utramque significationem habet. Sed etsi plurale in τοῦ singularis locum restitueretur, non magis dignosci posset quid sibi velit ista *sitis* (ἐν δίψει), cujus in hebraïco codice nequidem vestigium extat; præcipuè cùm tàlis imago metaphorica reliquo sermonis contextui nullo modo videatur congruere. Hanc igitur Vulgatæ lectionem deserit ipse Genebrardus; quod summum est indicium difficultatis verè insuperabilis.

** « In lancibus *AD ASCENDENDUM* præ nihilo simul. » — Gallicismo possumus hunc hebraïsmum reddere : « Ils seraient vraiment gens A MONTER, si on les mettait en balance avec le vide. »

Hic ponunt Alexandrini atque Italica : « *ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* » Sed istud nec intellectu facile est, nec certè simplicitati pulchritudinique semitici textûs æquiparandum. Quid significare voluerint, nemo est qui audeat asserere. — Mirandum est veram vim phraseos nec ab ipso S. Hieronymo perceptam fuisse, cùm ibi antiqui Targum existat auctoritas (a Bythnero allata), quæ sensum præstet æquè poëticum ac lucidum, et recentiorum interpretum phalangi tanquàm dux præire merita sit.

NOTES.

¹) Les fils de l'homme, hélas, légers et creux,
Ne sont qu'une ombre, un souffle, une *semblance*.

Il nous a paru tout à fait convenable de remettre en usage ce vieux mot *SEMBLANCE :* terme excellent, que l'italien a conservé (*somiglianza*, *sembianza*), et dont la langue française possède encore les deux composés : *res-SEMBLANCE* et *dis-SEMBLANCE* (*). Au lieu de forger des termes nouveaux, souvent lourds ou baroques, combien d'aisances précieuses ne pourraient pas s'accorder les écrivains modernes, s'ils prenaient la peine d'étudier notre idiôme, et qu'ainsi, tout simplement, ils redonnassent cours à un choix de ses anciennes et légitimes richesses, mal à propos démonétisées.

(*) Nous en avons gardé aussi l'analogue masculin, SEMBLANT. « Montrer de faux *semblants* de zèle; faire *semblant* d'aimer la vertu. »

PSALMUS LXII VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXIII.

(Deus, deus meus, ad te de luce vigilo.)

MIZMÔR LE-DÂVID, BI-HEYÔTHÔ BE-MIDBAR YEHÛDÂH.

Psalmus David, cùm esset in deserto Idumeæ, (*Vulg.*).
Psalmus David, cùm esset in deserto Judææ. (*S. Hier.*).
Cantus Davidis cùm esset in deserto Jehuda (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) *id est* in solitudine Ziph. (*Munsterus*)..

DEUS... AD TE DE LUCE.

Deus, Deus meus (es) tu; ad te de luce vigilo (*Vulg.*) — de luce consurgam ad te (*S. Hier.*) — diluculo quæram te (*Ar. Mont.*) — te inquiro quasi ab aurorâ, *id est* studiosissimè (*Ros.*).

Sitivit ad te anima mea; appetiit ad te caro mea *.

3. In terrâ aridâ et anhelante (*seu* fessâ *aut* sitibundâ) sine aquis; — *vel* sicut terra arida et anhelans (fessa *aut* sitiens) sine aquis; sic, *id est* tunc ** (post exilium meum), in Sancto, *hoc est* sanctuario, *ac forsitan* cœlo) apparebo tibi, *seu* contemplabor te (*Sim. de Muis*);

Ad videndum fortitudinem et gloriam tuam.

Vel fortassè aliter : Sic in Cades (quod nomen est deserti τῇ Judææ proximi) apparui (*vel* appareo) tibi, ad videndum etc.

4. Quoniam melior (est) misericordia tua super vitam *aut* vitas (*propriè*, quia bona est gratia tua præ vitis);

(Ideò) labia mea celebrabunt te.

5. Sic benedicam te in vitis meis (*hoc est*, quamdiù vixero);

In nomine tuo levabo palmas meas.

7. Si (*id est*, quandò) memor-fuero tuî super stratum meum (*Vulgat.*) — super cubilia mea (*Sant. Pagn.*),

DEUS... AD TE DE LUCE.

Dès le matin je vous cherche, ô mon Dieu;
Mon âme a soif de vous, et ma chair vous implore.
Des sables de Cadès, qu'un feu brûlant dévore,
Mon esprit vole aux fêtes du saint lieu.
Je rêve au tabernacle où Sion vous adore.

Votre faveur est le premier des biens,
Un trésor riche et doux, préférable à la vie.
Puisse à la posséder atteindre mon envie!
David, alors, fier entre tous les siens,
Bénirait votre nom d'une lèvre ravie.

Sur mon chevet, dans la longueur des nuits,
Quand, vos bienfaits nombreux occupant ma pensée,

Ma prière, Seigneur, vers vous monte élancée..,
L'espoir descend pour guérir mes ennuis;
Je l'accepte, et mon âme en est comme engraissée.

Oh! oui, mon Dieu, c'est vous qui m'abritez;
Vous seul qui sous votre aile avez caché ma fuite.
Par Jéhova sauvé, calme sous sa conduite,
Plus ma faiblesse a connu vos bontés,
Plus mon fidèle amour s'attache à votre suite.

Pour ceux dont l'œil, autrefois amical,
Guette aujourd'hui mes pas en machinant ma perte,
Quel sera leur salaire...? Une tombe entr'ouverte.
Si même ils l'ont; — si la dent du chacal
Ne les traîne en lambeaux sur la plaine déserte [1]).

Quand de la mort le sceau terrible et prompt
Aura fermé la bouche au menteur comme au traître,
Le Roi bénira Dieu, ce Dieu qu'il sait connaître.
Et désormais, joyeux, s'applaudiront,
Ceux qui, jurant par lui, l'avaient choisi pour maître [2]).

Et in vigiliis nocturnis cogitavero de te :

6. Quasi adipe et pinguedine satiabitur anima mea,

Et labiis exultationum (*seu* præconiorum) laudabit (te) os meum.

8. Quia fuisti adjutor mihi (horâ periculi),

Et in velamento alarum tuarum exultabo (*aut* præconia canam).

9. Adhæsit anima mea post te;

Me suscepit (*Sept.*, *Vulg. et S. Hier.*) — me sustentavit (*Sant. Pagn.*) — me suffulsit (*Ar. Mont.*) — dextera tua.

10. Ipsi verò, ad ruinam, quærunt animam meam;

Introïbunt (autem) in inferiora terræ (*hoc est*, in fossam sepulchri).

11. Tradentur in potestatem (*propriè* manum) gladii;

Portio schughalium (*id est* horumce vulpium qui SCHOGALES *vel* SCHACALES nuncupantur) erunt. *Gallicè*, ils seront la proie des chacals.

12. Rex verò lætabitur in Deo; (simulque cum Rege) laudabitur *aut* gloriabitur (*gallicè* se louera, se félicitera) omnis qui juraverit in eo *seu* per eum; *nempè* per regem Davidem (*Agell.*), *vel fortassè* per Jehovam (*Rosenmull.*);

Quia obstruetur os loquentium iniquitatem *aut* mendacium.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum. — Amen.

Gloire au seul Père assez juste, assez fort,
Pour rendre à ses enfants selon leurs vrais mérites.
Au Fils dont les bontés en cent lieux sont écrites.
Au Saint Esprit, doux et puissant support,
Où s'attachent les vœux des âmes favorites.

Triple Pouvoir, qui, ferme en ses desseins,
Du monde avant les temps méditait l'harmonie ;
Qui fait régner sa loi, méconnue ou bénie ;
Et qui, propice à l'humble espoir des Saints,
Noîra leurs maux d'un jour dans l'ivresse infinie.

NOTÆ.

* « Appetiit, *vel* concupivit [ad] te anima mea. » — Aruit ad te anima mea, dicit Aben-Ezra. Non dubitandum est quin *appetentiæ* et *desiderii* significatio, quam Symmachus jam dederat, quam auctoritate suâ firmavit S. Hieronymus, — quam ipse Nobilius affert, etsi propriis rationibus nisus, — sit ἡ vera Davidis sententia, sensumque præbeat multò potiorem sensu Vulgatæ : « quàm multipliciter caro mea... » — Hujus phraseos, arduæ, ac nequidem completæ, facilè discernitur origo; manifestum enim est Senes alexandrinos errore legisse CAMMĀH (quod per ποσαπλῶς reddiderunt) pro CĀMAH, verbo minùs cognito, semel in Bibliis occurrente. — « CĀMAH, « desiderio elanguit » (*Glarii lexicon*). »

** « Sic (in Sanctuario) apparebo tibi, *id est* tunc apparebo tibi. » — Rectè animadvertit Simeo Muisius Hebræos facilè *sic* pro *tunc* ponere; istam quidem mutationem esse præsertim frequentissimam in τῷ Targum, sed jam in sacris Scripturis inveniri.

NOTES.

[1]) Si la dent du chacal, etc.

Non seulement il n'y a pas à douter qu'il ne s'agisse de l'animal que nous nommons ici, mais le terme même est presque identique. Dans SCHUHAL, SCHU'AL ou SCHUGHAL (par un *ayin*), lequel se prononce à peu près comme on dirait en français *chogal* ou *chugal*, il n'est pas difficile de reconnaître notre mot *chacal*. Celui-ci, chez nous, est moderne, il est vrai; mais peu importe, car les Français l'ont emprunté de l'arabe, langue congénère à l'hébreu.

[2]) Ceux qui, jurant par lui, l'auront choisi pour maître.

Par lui. — Nous avons exactement laissé subsister dans notre version le même degré d'amphibologie que dans le texte. En français comme en hébreu, on trouve ici la double acception; on y peut, de même, entendre qu'il s'agit d'un serment fait au nom du Seigneur, ou au nom du roi David. Le dernier sens, il est vrai, dans la traduction, paraît plus probable que le dernier; mais ainsi nous semble-t-il en être dans l'original aussi.

PSALMUS LXIII VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXIV.

(Exaudi, Deus, orationem meam quùm deprecor.)

LA-M'NATSÊAKH, MIZMÔR LE-DÂVID.

In finem, psalmus David. (*Vulg.*).
Victori, cantus Davidis. (*Sant. Pagn.*).
Victori, cantus Davidi. (*Ar. Mont.*).
Præcentori, carmen Davidi. (*Sim. de Muis.*).

EXAUDI... QUUM DEPRECOR.

---

2. Exaudi (*vel* audi) Deus, vocem meam in loquelâ meâ (*Ar. Mont.*) — in oratione meâ (*Sant. Pagn. et Drus.*) — cùm deprecatus-ero (*Sept. et Vulg.*).

A timore inimici, custodies (*aut* custodi) vitam meam.

3. Absconde me a secreto (consilio) malignorum;

A turbâ *seu* multitudine (*Vulg.*) — a tumultu (*Ar. Mont.*) *sive* commotione (*Munst.*) — operantium iniquitatem.

4 β. Impleverunt arcum suam re amarâ; *aut potiùs*, calcaverunt (*id est* tetenderunt) arcum (ad mittendum *quasi sagittam*) verbum amarum *aut* verbum fellis.

4 α. Qui acuerunt, velut gladium, linguam suam;

Ad sagittandum in obscuro (*S. Hilar.*) — in abscondito (*S. Aug.*) — in occultis (*Sept. et Vulg.*), *aut forsan* ex occultis (*Amam.*), — immaculatum (*vel* innocentem *aut* perfectum);

Subitò (enim) sagittant eum (incautum), et non timent (leges ac vindictam Dei).

6. Firmant sibi-ipsis sermonem nequàm (*id est*, roborant se-ipsos in malis consiliis perpetrandis);

EXAUDI... QUUM DEPRECOR.

Entends, Seigneur, ma voix plaintive !
Ouvre à mon âme fugitive
Un sûr asyle en ta maison,
Contre la tourbe sans raison
Qui, sur les actes de ma vie,
D'un fiel distillé par l'envie
Aime à verser l'amer poison.

Les scélérats ! Leur langue infâme,
Poignard d'offense, arme de blâme,
S'aiguise et frappe en trait perçant.
— Comme si du Dieu tout-puissant
Les lois sommeillaient désarmées,
Sous leurs flèches envénimées [1])
Ils font succomber l'innocent.

Chacun d'eux se cherche un complice.
Encouragés à la malice

Par le conseil d'amis affreux,
Ils vantent leurs forfaits entre eux;
Ils vont tissant leurs perfidies.
« Qui peut, » disent leurs voix hardies,
» Briser nos pièges ténébreux ? »

C'est qu'en effet le cœur de l'homme
Est un abyme où se consomme
Maint chef-d'œuvre d'iniquité.
C'est que leur esprit, excité
Par des vœux que rien ne comprime,
A su gagner dans l'art du crime
Une effrayante habileté.

Mais de la céleste vengeance,
Soudain, sur cette horrible engeance
Pleuvront les dards inattendus.
Alors, désolés, confondus,
Ils verront leurs fureurs punies;
Et sous leurs propres calomnies
Ils se débattront éperdus.

L'Homme, leur appui nécessaire,
S'éloignera de leur misère,
Couverte d'un mépris railleur.
Bientôt, pénétré de frayeur,
Il fera retour sur lui-même,
En reconnaissant l'anathème
Qu'inflige le bras du Seigneur.

Consulunt (*Symm.*) *aut* colloquuntur (*propriè* narrant, *nempè* sibi invicem) ad abscondendum laqueos; dicendo (*propriè*, dixerunt) : Quis videbit eos (*scilicet* laqueos)?

7. Investigant *vel* indagant (*Amam.*) iniquitates (novi generis); perfecerunt (*seu* consummaverunt) scrutinium scrutatum, *id est* exquisitum) — exequuntur quod scrutati sunt (*Clar.*).—*Vel, secundùm sententiam rabb. Yarkhii, Ludovicique Cappelli, mutatâ verbi* TAAMNOŪ *primâ litterâ* TH in T : Investigant iniquitates; occultaverunt perquisitionem perscrutantem;

Nam intimum viri, *seu forsan* uniuscujusque (eorum), et cor (hominis) profundum (est).

8. At sagittabit eos Deus;

(Dùm) jaculum repentinum (et improvisum) fuerunt plagæ (*seu* percussiones) eorum *.

9. Et impingere (*vel* corruere) fecerunt in semetipsos (*Vatabl.*) linguam suam, *id est* calumnias suas.

Elongabit se (*hebraïcè*, elongabunt se, *velut in latino « turba ruunt »*) omnis qui aspiciet eos (adeò illos Deus miseros effecerit).

10. Et timebit (*hebr.* timebunt) omnis homo, et annuntiabunt factum Dei,

Et opus ejus intelligent.

11. Lætabitur (verò) justus in Jehovâ, et confidebit in eo;

Et gloriabuntur (*seu* laudabuntur, *quasi gratulationem accipientes*), — *vel* laudabunt se, *eò quòd in Domino sapienter spem suam reposuerint*, — omnes recti corde.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Le juste, — lui, — qui, sans colère,
Laisse à l'Arbitre tutélaire
L'humble défense de son droit;
Lui, de qui l'âme espère et croit:
Il vivra nourri d'allégresse.
— Jéhova comblera d'ivresse
Le sage à l'œil pur, au cœur droit.

Gloire au Père, équitable juge;
Au Fils, notre meilleur refuge;
A l'Esprit, soutien des Elus.
Au Dieu que ne fléchiront plus
Des cris d'éternelle durée,
Lorsque l'abyme et l'empyrée
Verront ses arrêts absolus.

NOTÆ.

* « Jaculum repentinum fuerunt plagæ eorum. » — Versiculorum 7, 8, 9, qui certè difficillimi sunt, non videtur Vulgata tenebras abstulisse sic vertendo : « Scrutati sunt iniquitates; defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus. » Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, et infirmatæ sunt » contrà eos linguæ eorum. »

Nec magis τῶν Septuaginta Senum versio, quæ penè similiter dixerat : « Perscrutati sunt iniquitates; defecerunt scrutantes scru- » tinio. Accedet homo, et cor altum; et exaltabitur Deus. Sagittæ » infantium factæ sunt plagæ eorum; pro nihilo habuerunt eum lin- « guæ eorum. »

Glossemate paululùm audaci, sed saltem lucidiore, Grotius, collato loco ex ταῖς *Lament.* III, 22, sic textum verti proponit : « In- » vestigârunt ii iniquitates (*id est* novas vias nobis nocendi); con- » sumpti (igitur) essemus. Sed investigatio perfectissima (Dei est), » et (pertingit usque) ad intimum viri et ad profundum cor. Confe- » cit (itaque) eos Deus telo; subitò extiterunt vulnera eorum. »

Inter istam Grotii translationem, et versionem quam dedimus (pag. 155), quisque ut voluerit eliget. Si neutra ei placuerit, tertiam ipse quærito; nullas enim alias possumus, ut probabiles, lectoribus indicare.

NOTES.

¹) Sous leurs flèches envénimées.

Voir la note française du Psaume LVII, page 108. — C'est assez récemment, et sans motifs suffisants, que l'on s'est mis à changer en *E* muet l'*E* SOUTENU de *vénimeux* et *d'envénimé*, lequel convenait mieux, surtout en vers. — Le prétexte qu'on allègue ne prouve rien, car les dérivés et composés (nous l'avons montré) gardent à merveille certains accents que leurs radicaux ont perdus. Que *venin* ou *venim* (car on écrivait l'un et l'autre, et les Anglais disent encore *venom*), se trouve réduit à ne plus posséder qu'un *E* CREUX, ce n'est pas là une raison pour dépouiller *vénimeux* de son *E* PLEIN, puisqu'on le maintient bien dans *vénéneux*.

PSALMUS LXIV VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXV.

(Te decet hymnus, Deus, in Sion.)

LA-M'NATSÊAKH, MIZMÔR-LE-DÂVID, SCHÎR.

In finem, psalmus David; canticum Jeremiæ (*vel* Aggæi in quibusdam codicibus) et Ezechielis, populo transmigrationis, cùm inciperent exire.

Victori, psalmus David cantici. (*S. Hier.*).

Victori, cantus Davidi, canticum. (*Ar. Mont.*).

Præcentori, psalmus Davidis, ode *seu* carmen.

Par diverses raisons, sur lesquelles on peut consulter Dom Calmet et la Bible de Vence, le supplément d'inscription ajouté à ce psaume dans la Vulgate italique et dans quelques exemplaires des Septante, doit être abandonné. Aggée, Jérémie, Ezéchiel, n'ont rien à démêler ici.

Les rationalistes allemands, selon leur usage de tout rétrécir, n'aperçoivent dans ce psaume qu'un chant de joie, composé après la fin d'une grande sécheresse. Il faut être bien crédule pour se ranger à leur avis. Qui ne voit de quelle sorte de pluie et de fécondité parle ici David? Son langage est certes assez transparent. Chacun peut y découvrir sans efforts la prophétie de l'appel des Gentils, et reconnaître qu'il s'agit là de toutes les terres que devait fertiliser un jour l'Évangile; de tous les germes pieux que devait y développer le fleuve des grâces.

TE DECET HYMNUS.

2. Tibi silentium laus (*S. Hier.*), *eo quòd nihil de te satis dignum dici possit* (*Rab. Salom. et Bossuetius*), — *sed potiùs*, tibi silet laus (*Munst. et Clar.*), — *hoc est, hebraïcè*, te expectat laus (*Vatabl.*) *seu* tibi debetur laus (*Amam.*), *aut, sicut optimè scripsit Vulgatus, plaudente Muisio :* te decet hymnus, — ô Deus, in Sione;

Et tibi reddetur votum (in Jerusalem, *ut addunt Sept. et Vulg., comprobatque parallelismus*).

3. Exaudi orationem meam, donec ad te omnis caro veniat (*S. Hier.*) — usque ad te omnis caro veniet; *id est simpliciter*, ad te omnis, etc. (*Sept., Vulg. et Ros.*).

4. Res iniquæ (meæ) prævaluerunt super me,

(Sed) sceleribus nostris tu propitiaberis.

5. Beatus quem elegisti et assumpsisti (*Vulg.*), *vel* et suscepisti (*S. Hier.*) *aut* appropinquare-sivisti (*Piscat.*)!

Inhabitabit atria tua.

5 *bis*. Replebimur bonis domûs tuæ;

(Implebimur) sanctificatione templi tui (*S. Hier.*)

6. Terribilia, *seu* mirifica, in justitiâ, respondes nobis (*Ar. Mont.*) — terribilibus miraculis in justitiâ, nos exaudis (*Sant. Pagn.*), — Deus salutis nostræ *;

TE DECET HYMNUS.

Ils vous sont dus, Seigneur, les hymnes de victoire,
Les chants sacrés d'amour et d'admiration.
C'est à vous d'agréer, du seuil de votre gloire,
L'hommage qu'Israël vous offre dans Sion.
Oh! recevez ma prière fervente,
Avant le jour de deuil et d'épouvante
Où devant vous toute chair paraîtra.
De nos forfaits contre nous la voix tonne;
Mais l'Eternel est un roi qui pardonne,
Et sur Jacob sa bonté s'étendra.

Heureux celui, mon Dieu, qui, choisi par vous-même,
De votre sanctuaire habite les parvis,
Et, dans votre maison, comblé des biens qu'il aime,
Voit l'équité d'en haut charmer ses yeux ravis.
Heureux qui suit vos volontés certaines,
O vous, l'espoir des peuplades lointaines
Qu'ignore encor la nef des matelots;
O vous de qui la force calme et sûre

Des nations comprime le murmure,
Comme des mers elle apaise les flots.

Un temps, un temps viendra, qu'au bruit de vos mer-
[veilles,
Des peuples inconnus tomberont à genoux,
Et, fiers de partager vos bontés sans pareilles,
De l'aurore au couchant vous suivront avec nous.
En tous climats, jusqu'aux bornes du monde,
Vous aurez fait couler l'urne féconde
De ces faveurs qui descendent des cieux;
Et votre pluie, en visitant la terre,
Aura gonflé le froment salutaire
Qui lui prépare un pain délicieux.

Enivrez ses sillons! multipliez ses gerbes!
De son sein réjouï centuplez les trésors!
Voici déjà qu'au loin, traînant des flots superbes,
Le cours de vos bienfaits se déroule à pleins bords.
Pour les Elus vous bénissez l'année,
Qui, par vos dons, fertile et couronnée,

(Tu) spes omnium finium terræ, et maris longinquorum.

7. Firmans (est) montes (Deus), robore suo;

Accinctus fortitudine.

8. Conturbans (*Vulg.*), *sed meliùs*, compescens *aut* mulcens (*S. Hier. et Cœteri*), sonitum marium;

Fremitum fluctuum eorum, et strepitum gentium.

9. Et timebunt qui-habitant terminos (terræ) præ signis (*aut* prodigiis) tuis;

Exitus (*Vulg., Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) — τοῦς egressus (*S. Hier. et Ros.*) — matutini et vesperi delectabis (*Vulg.*) *aut* laudare-facies (*S. Hier.*) *seu potiùs* exultare-facies (*Sant. Pagn.*); *id est*, populos orientales et occidentales exhilarabis, ità ut tibi psallant.

10 α. Visitas tellurem pluviâ, et appetis (*id est* diligis) eam, *aut meliùs*, et irrigas (*S. Hier. et Amama*) *seu* potas *vel* adaquas (*Symm.*) *aut* inebrias (*Sept. et Vulg.*) eam; copiosè ditas eam (*Ar. Mont. et Ros.*); *propriè*, multiplicas locupletare eam (*Vulg.*).

10 γ. Paras frumentum eorum (*nempè* populorum), quia (*vel* postquàm) sic paraveras eam.

10 β. Flumen Dei plenum (est) aquis.

11. Liras ejus (*scilicet* terræ) inebria; multiplica fruges, *aut* genimina, ejus;

Imbribus liquefac eam, (et) germini ejus benedic **.

12. Volvetur annus in bonitate tuâ (*S. Hier.*) — coronas annum benignitate tuâ (*Cœteri ferè omnes*);

Et campi tui replebuntur ubertate (*Sept. et Vulg.*) — et vestigia tua rorabunt pinguedine (*S. Hier.*); — *propriè*, et tramites tui (*Sant. Pagn.*), *vel potiùs* orbitæ tuæ (*Amam. et Ar. Mont.*), *id est* orbitæ currûs tui (*fortassè* nubes), stillabunt pinguedinem.

13. Pinguescent speciosa (*Vulg.*) — mansiones (*Ros.*) — pascua (*S. Hier.*) — deserti;

Et exultatione colles accingentur.

14. Induent-se planities (*Sim. Muis.*) *seu* campi (*Ar. Mont.*) *aut* pascua (*Ros.*) pecudibus, et valles operient-se frumento ***;

Clamabunt (*seu* jubilabunt), imò canent.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Du désert même a vu fleurir les champs.
De vos brebis le troupeau s'y déploie;
Et les côteaux, les vallons, dans leur joie,
Semblent mêler de longs cris à nos chants.

Gloire au céleste Père! au Fils dont la clémence
A du pécheur contrit surpassé l'humble vœu!
A l'Esprit, qui, partout soufflant un zèle immense,
Vaincra le monde entier par des langues de feu!
A la Triade unique et souveraine,
Qui, des vieux temps jadis ouvrant la chaîne,
Daigna créer notre univers si beau,
Et dont l'éclat, qui ne connaît point d'ombre,
Resplendira, dans les siècles sans nombre,
Au front des Saints, échappés du tombeau.

NOTÆ.

* « Deus salutis nostræ. » — Illos versiculos (5 bis et 6) aliter secant ac distingunt Alexandrini, nempè hoccemodo :

« Replebimur bonis domûs tuæ ; sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

» Exaudi nos, Deus, salutaris noster, spes omnium finium terræ, etc. »

Istud optimè admitti potest. Hebræorum tamen distinctionem Agellius hic non improbare profitetur. Dicendum etiam est illam legibus parallelismi meliùs satisfacere.

** « Imbribus liquefac eam, germini ejus benedic. » — Cæsurâ non eâdem, Vulgatus et Alexandrini, vocem THEBĀRÈK ad sequentis phraseos initium rejicientes, sic versiculos undecimum et duodecimum interpretantur :

« Rivos (*id est* sulcos) ejus inebria ; multiplica genimina ejus ; in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

» Benedices coronæ anni benignitatis tuæ,

» Et campi tui replebuntur ubertate. »

Quod, quamvis magis poëticum sit, minùs probabilem sensum ministrat quàm simplex versio a nobis electa.

*** « Induent-se pascua pecudibus, etc. » — Cùm vulgò KĀRIM pro arietibus aut agnis sumatur, hic vagati sunt plures ex interpretibus, parallelismum inutiliter deserentes ; nempè sic :

» Vestientur agnis greges. » (*S. Hier.*).

» Induent (*hoc est* inibunt) *oi* arietes τὰς oves. » (*Chald.*).

» Induentur (*seu* lanâ, *seu* pinguedine) arietes ovium. » (*Vulg.*).

Non dubium est quin verbum KĀRIM aliquoties *pascua* significet. Proindè apparet quædam significatio lucida, ideòque nullam aliam quærere cogimur. Legamus igitur :

« Induent se pascua pecudibus, et valles operient se frumento. »

PSALMUS LXV VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXVI.

(Jubilate Deo, omnis terra; psalmum, etc.)

LA-M'NATSÊAKH, SCHÎR MIZMÔR.

In finem, canticum psalmi, resurrectionis. (*Vulg. et quidam Alexandrinor. codd.*).

Victori, canticum cantus. (*Ar. Mont.*).

Victori, canticum psalmi. (*Sant. Pagn.*).

Præcentori, poëma psalmus, *vel* carmen psallitionis, *hoc est* ode psallenda.

JUBILATE... PSALMUM DICITE.

---

1. Jubilate Deo, omnes terræ populi (*propriè*, omnis terra) !

Psallite [gloriam, *Hebr.*] nomini ejus ;

Date gloriam laudi ejus (*Sept. et Vulg.*), *sed propriè*, ponite gloriam laudem ejus. — *Id est :* efficite ut laus ejus gloria fiat, *scilicet*, ut sit gloriosa (*Ern. Frid. Rosenmullerus*) ; *vel potiùs :* pro summâ gloriâ ducite, atque honorem arbitramini, τὸ cantare laudem ejus (*Vatabl. post Aben-Ezram*).

3 α. Dicite Deo : « Quàm terribilis (es tu) operibus tuis ! *vel*, quàm terribilia (sunt) opera tua !

4. » Omnis terra adorabit te et psallet tibi ;

» Psallent (omnes) nomini tuo. Selah.

3 β. » Propter abundantiam fortitudinis tuæ, mentientur tibi hostes tui (*id est*, inviti laudabunt te, ac trementes blandientur tibi). »

5. Venite et videte opera Dei ;

Terribilis (est) facto *vel* actione, — *seu potiùs* artibus *aut* adinventionibus (*Symm.*), *id est* consiliis (*S. Hier.*, *Septuag. et Vulg.*), — super filios hominum.

JUBILATE... PSALMUS DICITE.

Habitants de la terre,
Rendez gloire au Dieu bon;
D'un culte volontaire
Environnez son nom.
Pour nos rites antiques
Abjurant les pratiques
D'idolâtres aïeux,
Au bruit de nos cantiques
Mêlez vos cris joyeux.

Dites-lui : « Roi des âges,
» Tout fléchit sous ton bras.
» Sur les peuples sauvages
» Un jour tu régneras.
» Grande est ta force sainte;
» On verra par contrainte
» Tes plus fiers ennemis
» Te flatter dans leur crainte,
» Frémissants mais soumis. »

Oui, que la race humaine
Admire avec frayeur
Les desseins, le domaine,
Les œuvres du Seigneur;

Du Dieu maître des mondes,
Qui, séparant les ondes
Comme en un double mur,
Nous fit des mers profondes
Un sentier sec et sûr.

Propice et vengeresse,
Quand toute autre faiblit,
D'une heureuse allégresse
Sa vigueur nous remplit.
Les humbles pour tutelle
Ont sa grâce immortelle;
Mais, devant son coup d'œil,
Malheur à tout rebelle
Qui s'élève d'orgueil !

Ah ! comblez notre Maître
De bénédictions,
Vous qui lui devez l'être,
Tribus et nations.
Ceux que la route offerte
Conduisait à leur perte,
Il redresse leurs pas;
Et la fosse entr'ouverte
Ne les recevra pas.

Mais de ce divin père
L'amour est exigeant,
Car au creuset sévère

6 α. Convertit (olim) mare (rubrum) in aridam, (et) per flumen (Jordanem) transeunt (*pro* transierunt) pede (cohortes τοῦ populi ejus).

6 β. Tunc *vel* ideò (*propriè* ibi), lætamur in eo (*nempè* in Jehovâ).

7. Dominans (est) robore suo in sæculum (*Vulg.*) — in fortitudine suâ sæculo (*Sept. et S. Hier.*);

Oculi ejus in gentes aspiciunt.

Increduli (*Sym. et S. Hier.*) — desciscentes (*Aquil.*) *seu* declinantes (*Theodot.*) — rebelles (*Sant. Pagn.*) — exasperantes (*Vulg.*) — amaricantes (*S. Aug.*) — ad iram provocantes (*S. Hilar.*) — ne extolluntor in semetipsis. Selah.

8. Benedicite, gentes, Deo nostro,

Et auditam-facite vocem laudis ejus.

9. Qui-posuit animam nostram ad vitam (*seu* inter vivas);

Nec dedit *vel* tradidit (*hoc est* reliquit) in commotionem (*aut* titubationem) pedem nostrum.

10. Etenim probavisti nos, Deus;

Excoxisti (*Ar. Mont.*) — conflâsti (*S. Hier.*) — igne examinâsti (*Vulg.*) — nos, sicut excoquitur argentum.

11. Induxisti nos in obsidionem (*S. Hier.*) — in rete *seu* laqueum (*Vulg.*);

Posuisti tribulationem in dorso nostro (*propriè*, angustiam in lumbis nostris).

Imposuisti (*propriè* equitare-fecisti) hominem (*id est* humanam potentiam, humanam superbiam) super caput nostrum.

(Et hoc quidem sapienter ac benignè, nam :)

12. Transivimus per ignem et aquam,

Et eduxisti nos in refrigerium (*propriè*, ad irriguum locum, *eò quòd irrigua loca amœnitate suâ nota sint*).

13. Ingrediar (igitur libenter) domum tuam cum holocaustis;

Sic (beneficiorum memor) reddam (*id est*, persolvam) tibi vota mea;

14 β. (Quæ) locutum est os meum dùm (adesset) tribulatio mihi;

14 α. (Vota) quæ pronuntiaverunt (*propriè*, quæ aperuerunt, *id est*, quæ apertè et distinctè protulerunt) labia mea.

Doit s'épurer l'argent.
Délaissés dans l'angoisse,
Nous crions, et l'on froisse
Nos plus justes douleurs :
Dieu veut qu'ainsi s'accroisse
La vertu sous les pleurs.

Va, si tu nous abreuves
De flots d'adversités,
Seigneur, dans nos épreuves
J'aperçois tes bontés.
La paix nous pourrait nuire :
Toi, tu veux nous conduire,
Par les eaux et les feux,
Vers la rive où doit luire
Le terme de nos vœux.

De la maison sacrée
Où tu vis parmi nous,
J'aime à franchir l'entrée;
Je t'y sers à genoux.
Quelle assez riche offrande
Faut-il que je t'y rende
Pour tes dons souverains!
Pour ta faveur, — si grande
Au jour de mes chagrins!

Ce qu'ont juré mes lèvres,
Mes mains l'accompliront :
Les agneaux et les chèvres

A l'autel périront.
Mais leur veine épuisée,
Mais leur moëlle embrâsée,
Mais l'encens précieux,
Paîront-ils la rosée
Des biens tombés des cieux !

D'un protecteur si tendre
Vous qui suivez la loi,
Venez voir et comprendre
Ce qu'il a fait pour moi.
Ah ! sa bonté m'enflamme.
Que je taise ou proclame
Comment il m'a guéri,
C'est au fond de mon âme
Qu'il est grand et chéri.

Si j'eusse, en ma faiblesse,
Choisi l'iniquité,
Dieu, que tout péché blesse,
Ne m'eût point écouté.
Mais, voyant mon attente,
Au sein des maux constante,
A lui seul recourir,
De sa force éclatante
Il m'a daigné couvrir.

Béni soit qui m'accorde
Un repos humble et doux;
Qui, de miséricorde
Environnant ses coups,

15. Holocausta medullatorum (*hoc est* pinguium animalium) offeram tibi cum thure *aut* suffitu;

Arietes sacrificabo (*propriè* faciam, *velut in Virgil. Bucol.* 3); boves cum hircis. Selah *.

(Hæc omnia adimplebo, quamvis gratiis a te acceptis æquiparari non possint).

16. Venite (enim), audite; et narrabo, (ô vos) omnes qui-timetis Deum,

Quæ (*id est* quanta) fecit animæ meæ.

17. Ad ipsum ore clamavi (et me liberavit);

Et (ideò) exaltabitur (ille) sub linguâ meâ (*hoc est fortassè*, in pectore meo *aut* præcordiis meis).

18. Iniquitatem si aspexissem (*id est*, mihi tanquàm scopum *vel* auxilium proposuissem) in corde meo,

Non exaudivisset me Dominus (*Amam.*, *Muis.*, *etc.*).

19. Verùm exaudivit (me) Deus,

Et attentionem-præstitit voci deprecationis meæ.

20. Benedictus (esto) Deus, qui (*cùm mihi cætera sæpè abstulerit*, saltem) non amovit orationem meam,

Et misericordiam suam a me.

(Mihi enim facultatem precandi relinquendo, mihi

reliquit et misericordiam suam, quæ rarò negatur a Domino, nisi non petenti).

Gloria Patri
Et Filio,
Et Spiritui sancto;

Sicut erat in principio
Et nunc
Et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Quand ma fortune altière
Se brisait en poussière,
Pour recours m'a laissé
Le don de la prière,
L'espoir d'être exaucé !

Gloire au Père adorable
Sous qui tout doit plier ;
Au Fils, fait misérable
Pour le mieux supplier.
Au Souffle d'espérance,
Qui, prêchant délivrance
Par le bois rédempteur,
Devient de la souffrance
Le vrai consolateur.

A la Trinité sainte,
Dont les décrets profonds
Versent souvent l'absinthe
Dans la coupe des bons ;
Mais dont la main chérie,
Guidant vers la patrie
Leur désir agité,
Ouvre à celui qui prie
L'heureuse éternité.

NOTÆ.

' « Boves cum hircis. » — Aliter etiam vertunt istum versiculum interpretes; verbi gratiâ, hoc modo : « Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum; faciam boves cum hircis. » Ità *οἱ* Sedtuaginta, *ὁ* Vulgatus, S. Hieronymus et Santes Pagninus.

Fortassè stupebunt aliqui, videndo quòd vox *facere* hîc sumatur pro *sacrificare*, sicut apud Latinos, quorum linguæ idiotismus istud reputabatur. Nihil tamen mirandi; ubi enim oritur eadem cogitatio quælibet, mox et similem loquendi modum adducit. Atqui, facilè opinatæ sunt plures nationes, quamvis penitùs diversæ, *τὸ* sacrificium esse *τὸν actum* per excellentiam, *τὸ ἔργον κατ' ἐξοχήν*.

PSALMUS LXVI VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXVII.

(Deus misereatur nostri et benedicat nobis.)

LA-M'NATSÊAKH BI-N'GHINÔTH, MIZMÔR SCHÎR.

In finem, in hymnis, psalmus cantici, David. (*Vulg.*).
Victori, in psalmis, canticum carminis. (*S. Hier.*).
Victori, in neghinoth, cantus cantici. (*Ar. Mont.*).
Præcentori, in modulaminibus, psalmus poëma.

C'est dans ce psaume que se trouve, au verset 7, la particularité déjà remarquée longtemps avant Agellius (*) ; nous voulons dire l'indication, assez transparente, de trois personnes divines, dont la seconde serait un dieu *nôtre* ou *avec nous* (un *EMMA-NU-EL*).

De telles choses, quoique très-anciennement signalées à l'attention, avaient fini par être regardées comme de simples hasards; mais il n'est plus permis de les voir de cet œil depuis les travaux du rabbin Drach, qui a si bien mis hors de doute que la Synagogue connaissait en germe le mystère de la sainte Trinité.

(*) Commentaire, page 288.

DEUS MISEREATUR NOSTRI.

2. Deus misereatur nostrî et benedicat nobis ;
Illuminet facie suâ nos (*Vatabl.*) — illuminet vultum suum super nos (*Vulg.*) *vel* ergà nos *aut* nobiscum (*Hebr.*) *Hîc addit Vulgatus :* « et misereatur nostrî. » — Selah.

3. Ut cognoscatur in terrâ lex (*propriè*, via) tua ;
(Ut expandatur) in omnibus gentibus salutare tuum.

4. Confiteantur tibi populi, ô Deus ; confiteantur (legem *aut* laudem tuam) populi omnes ;
Lætentur et exultent gentes.

5. Quoniam judicas populos æquè,
Et gentes in terrâ dirigis. Selah.

6. Confiteantur tibi populi, Deus ; confiteantur tibi populi omnes ;

DEUS MISEREATUR NOSTRI.

Paix et pitié, Seigneur! — Toi dont le souffle efface
Les forfaits les plus odieux,
Pardonne, et fais sur nous de ton auguste face
Luire enfin l'éclat radieux.

Sois propice : il est temps de montrer à la terre
Le Fils de bénédictions
Qui doit semer ton nom, ton culte salutaire,
Au loin parmi les nations.

Puissent-elles, mon Dieu, recevant avec joie
Les oracles du Tout-Puissant,
A l'heureux Messager que le Ciel leur envoie
Prêter un cœur obéissant!

Puissent les potentats et les peuples sans nombre
Fléchir sous ton joug d'équité!
Du doigt qui les dirige aimer à suivre l'ombre!
Se complaire en ta vérité!

Puissent-ils confesser les dogmes de sagesse
Dont ta sainte loi nous instruit!

Car voici l'heure : il vient, l'Enfant de la promesse,
Et la terre a donné son fruit.

Que Dieu, que notre Dieu, que Dieu sauve et bénisse [1]
Les mortels prompts à s'éclairer ;
Et qu'avec Israël le monde entier s'unisse
Pour le craindre et pour l'adorer.

Gloire au Père, astre pur, foyer de la science ;
Au Verbe, qui seul y conduit :
A l'Esprit, souffle heureux d'amour, de confiance,
Doux au mortel qui la poursuit.

Au Dieu grand et caché, que n'avait pu connaître
Tout l'effort du savoir mondain,
Quand, descendu des cieux, il révéla son être
A d'humbles pêcheurs du Jourdain.

Terra dedit germen suum (*S. Hier. et Ar. Mont.*) — proventum suum (*Bythn.*) — fructum suum (*Vulg.*, *Clar.*, *Amam.*). — *Id est*, messiam, terræ humanique generis decus.

7. Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus;
Et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

NOTES.

*) Que Dieu, que notre Dieu, que Dieu sauve et bénisse, etc.

Ici nous avons eu soin de traduire mot pour mot. Notre version fait sentir exactement, sans la diminuer ni l'augmenter, l'allusion trinitaire dont il est parlé dans l'argument placé en tête.

PSALMUS LXVII VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXVIII.

(Exsurgat Deus, et dissipentur.)

LA-M'NATSÈAKH, LE-DÂVID, MIZMÔR SCHÎR.

In finem, psalmus cantici, ipsi David. (*Vulg.*).
Victori David, psalmus cantici. (*S. Hier.*).
Victori, Davidi, cantus cantici. (*Ar. Mont.*).
Præcentori, Davidis, psalmus carmen.

Voici de tous les psaumes le plus pindarique, et par conséquent aussi le plus obscur.

Au propre, il chante la marche triomphale de l'Arche, soit depuis la maison d'Obed-Edom jusqu'à la cité de David, soit plutôt au retour de Rabba, après la défaite des Ammonites.

Au figuré, il célèbre les victoires du Christ, — à partir du moment de l'Ascension, époque où Jésus, entrant en possession de son royaume céleste, *s'en va prendre*, pour ainsi dire, *en haut*, *pour les humains*, *les dons* qu'il ne tarde pas à leur envoyer par le Saint-Esprit, et où l'Eglise, son épouse, allant, à sa suite, établir son siège *à l'occident* (à Rome, en venant de Jérusalem), commence à s'enrichir *des dépouilles des rois*, — jusqu'au jour où il reviendra, comme *sur les nuées*, *faire éclater sa magnificence*, et, *d'une voix puissante*, proclamer les arrêts qui *donneront victoire à son peuple*, à l'heure du dernier jugement.

EXSURGAT DEUS.

—

(Nunc proficitur Arca victrix, rediens Jerosolymam. More igitur antiquo Moïsis, canendum est :)

2. « Exsurgat Deus, et dissipentur (*Vulg.*) — et dispergantur (*Bythn. et Ar. Mont.*) — inimici ejus,

» Et fugiant qui-oderunt eum, præ facie (*propriè* faciebus) ejus. »

3. Sicut deficit (*S. Hier. et Vulg.*) *aut* propellitur (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) fumus : (sic) deficiant *aut* propellantur.

Sicut fluit (*Vulg.*) — tabescit (*S. Hieron.*) — liquefit (*Ar. Mont.*) — cera præ facie ignis : (sic) pereant impii præ facie Dei.

4. Et justi lætentur (*Septuag., S. Hier., S. Hilar. et Ar. Mont.*) — epulentur (*Vulg.*), — et ovent (*Ar. Mont.*) *vel* exultent (*S. Hier. et Vulg.*), ad conspectum Dei ;

Et delectentur (*Vulg.*) *aut* gestiant (*Sant. Pagn.*) in lætitiâ !

5. Cantate Deo, psallite nomini ejus ;

Iter facite (*Sept. et Vulg.*) — sternite (*Symm.*) *aut* præparate viam (*S. Hier.*) — ascendenti super occasum (*Vulg. et Theod.*) — super occasus (*Sept.*) — ascendenti

EXSURGAT DEUS.

—

Elle part, au milieu de nos chants de victoire,
L'Arche qui du Très-Haut a fait briller la gloire [1] :
Pécheurs, fuyez de Dieu les regards courroucés.
C'est la fin des combats ; le triomphe s'achève.
Que le Seigneur se lève,
Et que ses ennemis s'effacent dispersés !

Comme au souffle des vents disparaît la fumée;
Comme au sein d'un brasier fond la cire allumée :
Qu'ainsi tombe le Crime à l'aspect du Seigneur.
Et qu'assis désormais au banquet d'allégresse,
Les justes, dans l'ivresse,
Du Dieu qu'ils ont servi partagent le bonheur.

Chantez, peuples ; chantez.., et que la terre écoute.
A qui marche en vainqueur aplanissez la route !
A qui, par les déserts, vers l'Occident s'en va !
Là du Triomphateur s'assiéra la puissance ;

Et ce roi qu'on encense,
Son trône est l'univers, son nom c'est *Jéhova*.

Père de l'orphelin, protecteur de la veuve,
Dieu ramène avec lui de leur séjour d'épreuve
Les captifs affranchis par son bras indompté.
Il ouvre aux cœurs aimants qu'unit la foi docile
Sa maison pour asyle,
Et laisse un règne aride à l'Incrédulité.

Seigneur, quand vous marchiez à travers l'Idumée;
Quand des fils de Jacob vous conduisiez l'armée,
Qui s'éloignait en paix des hauteurs de Séïr:
Les cieux allant versant leur manne nourricière,

per deserta (*S. Hier., Aquil. et Symm.*) — equitanti per supremos cœlos (*Ar. Mont.*) — insidenti orbibus cœlorum (*Munster.*).

Jehova (*propriè*, Yah, *aut per emphasim*, in Yah) nomen ejus. — Per Iah nominatio ejus (*Symm.*) *.

6. Exultate coram eo, (qui) pater (est) pupillorum et judex (*Ar. Mont.*) — defensor (*S. Hier.*) *aut* vindex (*Bythn.*) — viduarum.

Deus (tandem redux est) in habitaculo sancto suo.

7. Deus habitare-facit solitarios (*S. Hier.*) — monachos (*Aquil.*) — unicos (*Sant. Pagn., Muis., Bythn. et Ar. Mont.*) — unanimes *aut* unius moris (*Sept. et Vulg., ac rectè*) — in domo **;

Educens vinctos in compedibus (*Ar. Mont. et Mendelsohn*) — in fortitudine (*S. Hier. et Vulg.*);

Increduli autem (*S. Hier.*) — rebelles (*Sant. Pagn.*) — contumaces *vel* exasperantes (*Vulg.*) — habitaverunt in sepulcris (*Eadem*) — in petrâ aridâ (*Aquil.*) — in siticuloso (*Sant. Pagn.*); *propriè*, in siccitate (*Symm., Muis. et Bythn.*) *aut* siccitatibus (*S. Hier.*).

8. Deus, cùm egrederêris ante populum tuum,

(Et) incederes (*Hubigant.*) *vel* transires (*Vulg.*) per desertum; Selah;

Id est, ut legimus in Deboræ cantico (Judic. V, 4, 5) :

cùm exires de Seïr et transires per regiones Edomi, *scilicet per Idumæam*);

9. Terra tremuit, etiam cœli conturbati sunt (*Grotius*) — stillaverunt (*Cæteri omnes*) — a facie Dei;

Ipse Sinaï (*propriè*, iste Sinaï, *iste famosus mons*), à facie Dei, dei Israëlis. (*Hebr.*, *Sant. Pagn.*, *Ar. Mont.*, *S. Aug. et S. Hilarius*).

10. Pluviam voluntariam (*S. Hier. et Vulg.*) — pluviam abundantem (*Sant. Pagn.*) — pluviam munificentiarum (*Vat. et Ar. Mont.*) *seu* liberalitatum (*Bythn.*) — stillavisti (*Vatabl.*) — sparsisti (*Hubig. et Ladvoc.*) — segregâsti (*Vulg.*) — hæreditati tuæ, — *aut* elevâsti (super) hæreditatem tuam (*Sant. Pagn.*);

Et infirmatam (*Vulg.*) — fatigatam (*Sant. Pagn.*) — laborantem (*S. Hier.*) — labore confectam (*Ar. Mont.*) — tu confirmâsti eam ***.

11. Cœtus tuus *aut* societas tua (*Clar. et Sant. Pagn.*, *etc.*) — animalia tua (*S. Hier.*, *Vulg. et Muis.*) — armenta tua (*Vatabl.*) — habitabunt in eâ (*nempè* in Judæâ);

Paras (annonam), in bonitate tuâ, pauperi, (ô) Deus (*Ar. Mont.*); *vel* provides in benignitate tuâ pauperi, Deus (*S. Aug.*, *Vatabl.*, *Sant. Pagn. et Ar. Mont.*).

12. Dominus dabit (nuntiandum) verbum (*Vulg.*) *aut* sermonem (*Arias Mont.*, *etc.*) — Dominus suppeditabit loquelam (*Clarius*);

Les eaux s'ouvraient la pierre,
Et les monts tressaillaient, effrayés d'obéir.

Ainsi le peuple élu, qui sur vos lois s'appuie,
Toujours de vos bontés verra tomber la pluie,
Volontaire faveur que vous lui réservez ;
Et cet humble troupeau, dont le pasteur suprême
N'est autre que Dieu même,
Paîtra de verts gazons, d'une eau vive abreuvés.

D'un immense avenir la clarté se révèle.
Aux apôtres nombreux de la Bonne Nouvelle
Votre verbe puissant imprime sa vigueur.

Ils désarment les rois et leur fureur jalouse;
Et votre sainte Epouse
S'enrichit des succès de son époux vainqueur.

Vous nous l'aviez bien dit, Dieu fort, Dieu secourable :
« Quand tu serais, mon peuple, esclave et misérable,
» Réduit pour tout chevet aux pierres du foyer..,
» Je te rendrais le vol des ramiers du bocage,
» Et leur luisant plumage,
» Qu'entre le vert et l'or ton œil voit châtoyer.

» Et dès lors, rétabli dans ta noble patrie,
» Si pour t'en arracher revenait l'Assyrie,
» Quand s'y joindrait l'effort de Moab et d'Ammon;
» Israël, protégé du fer de ma victoire,
» Resplendirait de gloire,
» Comme au soleil naissant les neiges du Selmon. »

La montagne de Dieu verdit grasse et fertile.
Que portez-vous ailleurs un désir inutile?
Est-il d'autres sommets qu'on puisse y comparer?

Evangelizantes (*Vulg.*) — annunciatrices (*Hebr. et omnes*), *nempè victoriæ*, — turba multa (erunt).

13. Reges exercituum (possessio fient) τοῦ Dilecti, Dilecti (*Sept. et Vulg.*) — reges exercituum fœderabuntur, fœderabuntur (*S. Hier.*), *aut potiùs* fugient, fugient (*Sant. Pagn.*, *Hubig.*, *Ar. Montan.*, *Vatabl.*, *Amam.*, *Grot.*, *Muis.*, *Bythn.*, *etc.*) ;

Et (uxor) habitatrix domûs dividet spolia.

14. (Nobis enim, Domine, dixeras :) « Etsi (præ captivitatis miseriâ) dormieritis (*Vulg.*) *aut potiùs* jacueritis (*Munst.*) *vel* accubueritis (*Ar. Mont.*) inter lapides focarios (*Drach. in Bibl. Venc.*), *id est* inter ambas camini strues lapideas (*Amam. et Roberts.*) **** ;

(Vobis dabuntur) pennæ (nitentes quasi) τῆς columbæ deargentatæ (*propriè*, quæ-tecta-est argento), et cujus (rutilant) alæ in flavedine (*Bythn.*) — fulvore (*Vatabl.*) — pallore (*Vulg.*) — virore *seu* viriditate (*Septuag.*, *S. Hier.*, *S. Aug.*, *S. Hilar.*, *etc.*) — auri.

15. Cùm dissipaverit Cœlestis (*Vulg.*) — Robustissimus (*S. Hier.*) — Omnipotens (*Clar. et Sant. Pagn.*) — reges in eâ (*scilicet*, terrâ promissionis, *Jun. et Pisc.*), *vel* in hoc (*nempè*, in isto tempore),

Dealbabimini, *aut* nivescetis, sicut (mons) Selmon (*vel* in Selmonem, *hoc est* Selmonis modo).

16. Mons Dei (*scilicet* Sion) mons pinguis (est); mons coagulatus (*Vulg.*), mons pinguis **.

Ut quid suspicamini (*Vulg.*), *vel* invidetis *aut* æmu-

lani, τοῦς montes divites (*propriè* coagulatos, *id est*, lacte, caseo, butyro abundantes)?

17. Mons (ille est quem) designavit (*Sant. Pagn.*) *vel* desideravit (*Ar. Mont.*) Deus habitare;

Certe Jehova habitabit (eum) in perpetuum [vi*].

18. Currus Dei, duæ myriades et millia iterationis (*Bythn. et Ros.*) *vel* iteratorum (*Ladvoc.*) — et millia plurima (*Grot.*) — et millia falcatorum (*Quidam*) — et millia angelorum (*Sant. Pagn., Vatabl. et Ar. Mont.*) — et millia clamantium (*Symm.*) — et millia abundantium (*Septuag.*). — *Aliter :* Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium (*Vulg.*).

Dominus (apparet) inter eos (sicut olim in) Sinâ, (sicut nunc) in sanctuario. *Vel forsan meliùs :* Dominus inter eos (degit); Sinaï (est) in (nostro Jerosolymitano) sanctuario (*Schnurr. et Ludov. de Dieu*).

19. Ascendisti in altum (o Rex); captivam duxisti captivitatem (*id est* turbam captivorum, *qui a te redempti sunt*);

Accepisti (ibi) dona propter hominès (*Grot.*), *propriè* in homines;

Etiam in (falsos sapientes,) incredulos quoad habitationem (apud nos) Jehovæ Dei. *Id est :* Accepisti dona (mittenda) etiam rebellibus qui credere nolebant habitavisse (in terrâ) Jehovam Deum.

20. Benedictus (esto) Jehova, die (et) die.

Conferet (bona) nobis (*Sant. Pagn.*) — portabit *seu*

Est-il rien qui s'égale à sa croupe sublime !
A ces murs de Solyme
Où Jéhova réside, où l'on vient l'adorer !

Là s'arrête son char, au long bruit des louanges.
(Le char vivant de Dieu, ce sont les milliers d'anges,
Et les milliers d'Elus, autour de lui joyeux.)
Chez nous, au sanctuaire où tremble son grand-prêtre,
Le Très-Haut règne en maître,
Comme il fit au Sina, comme il fait dans les cieux.

Roi, vous êtes monté jusques à l'empyrée :
Vous y guidiez des bons la troupe délivrée ;
Vous avez pris là-haut des dons pour les mortels ;
Pour qui même, aveuglé par l'humaine malice,
Niait qu'un Dieu propice
Fût venu parmi nous visiter ses autels.

Oh ! servons, bénissons le Sauveur de nos pères !
Il dirige nos pas dans des sentiers prospères.

Ne craignons rien du riche, ou du sage, ou du fort :
Le Seigneur, poursuivant le cours de ses conquêtes,
Ecrasera leurs têtes.
C'est lui qui dans ses mains tient la vie et la mort.

C'est lui qui nous sauva de l'Egypte insensée;
Qui nous ouvrit les flots de la mer courroucée;
Qui brisa par nos mains le glaive de Basan.
Et s'il le faut encore, au milieu des alarmes
Il bénira nos armes;
Et de nos ennemis les chiens boiront le sang.

Mais sa gloire est au comble et reste sans rivale.
La terre a vu, Seigneur, ta marche triomphale,
Quand l'orgueil des faux dieux succomba sans retour.
Les chantres inspirés précédaient l'arche antique ;
Les vierges, chœur pudique,
Suivaient, aux sons joyeux du sistre et du tambour.

Les sacrés ménestrels du peuple qui t'adore,

sublevabit nos (*S. Hier.*) — Deus salutis nostræ. *Aliter Rosenmullerus :* Imponet (si quis) nobis onus, ò Deus (erit) salus nostra. *Sed simpliciùs Vulgata :* prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. — Selah.

21. Deus nobis (est) deus ad salutem,

Et Jehovæ Domino (sunt) ad mortem exitus (*Symm.*). *Id est, nugis commentatorum rejectis :* Et Jehovæ Domini (arbitrio, sunt etiam) egressus ad mortem (*ità ut salvare seu perdere queat quem voluerit*).

22. Certè Deus confringet caput hostium suorum,

Verticem crinitum (*id est* superbum) ambulantis in delictis suis.

23. Dixit (enim) Dominus : « De Basan (iterùm, si oportuerit,) redire-faciam (te, ô populе mi, et quidem salvum) ;

» (Denuò) reducam te (vivum) ex profundo maris.

24. » (Ita) ut figas (*Ar. Mont.*) *vel* agites (*Ros.*) pedem tuum — ità ut tingatur pes tuus (*Vulg.*) — in sanguine;

» (Ità ut) lingua canum tuorum (lambat *vel* tingatur), ex inimicis, ab ipso (sanguine). »

25. Viderunt (oculi, *gallicè* on a vu) itinera tua, *vel potiùs* τοὺς ingressus (*Clar.*) *aut* incessus (*Ladvoc.*), tuos, ad (ô) Deus;

Τοὺς incessus Dei, regis mei, cum sanctimoniâ (*vel* ad sacrarium).

26. Præcedebant principes (*Sept. et Vulg.*) — cantores (*Cæteri omnes*); — posteà (ambulabant) fidicines *aut* psallocitharistæ, in medio virginum tympanistriarum.

27. (Et dicebant cantores :) In ecclesiis (*S. Hier. et*

Vulg.), *id est* in cœtibus (*Ros.*) *aut* choris (*Ladvoc.*), benedicite Deo;

Domino (benedicite, vos oriundi) de fontibus (*Sept.*, *Vulg. et S. Hier.*) — de fonte *seu* venâ (*Sant. Pagn.*, *Ar. Mont.*, *Amam.*, *etc.*) — Israëlis.

28. Ibi (gradiebatur) Benjaminus pusillus, dominans eis, *seu* præceptor *aut* imperator eorum (*Sant. Pagn.*, *Ar. Mont.*, *Aquil.*, *Theod.*) — ducens *aut* continens eos (*S. Hier.*). — *Sed aliter Vulgatus cum Alexandrinis et Syro :* Ibi Benjamini adolescentulus, in exstasi, *vel* in mentis excessu.

(Ibi) principes Judæ, duces (*Vulgat.*) *aut* magnates (*Syr.*) *propriè* lapides (*Ros.*) eorum, in purpurâ suâ (*S. Hier.*); principes Zabulon, principes Nephthali.

29. Manda, *aut* præcipe, Deus, fortitudini tuæ (*Sept.*, *Vulg.*, *Chald.*, *Symm.*, *et optimo jure*);

Confirma, Deus, hoc (quod) operatus-es in nobis.

30. Propter (*Symmach.*, *Ros. et Amam.*) templum tuum, super Jerosolymam (situm) [viii*],

Tibi afferent reges munera.

31 β. Dissipa gentes quæ bella volunt.

31 α. Increpa catervam arundinis, *id est* lanceæ (*Kimch. et Amam.*) *aut* sagittæ (*Grotius*). *Sed potiùs :* increpa bestiam calami (*S. Hier.*) *seu* feram arundinis *aut* cannæ (*Vulg. et Ar. Mont.*), *id est* crocodilum;

Sur la noble cithare et la harpe sonore
Célébraient nos combats, favorisés du Ciel;
Et dans la plaine, au loin, résonnaient les prières
De nos tribus guerrières,
Longs ruisseaux descendus des sources d'Israël.

Là s'avançaient, remplis du feu qui les embrâse,
Le jeune Benjamin, dans l'ardeur de l'extâse,
Et le royal Juda, par sa pourpre ennobli;
Et d'autres, qui, comme eux, rangés sous notre enseigne,
Vont proclamant ton règne :
Les fils de Zabulon, les fils de Nephtali.

. . . .

Achève, et qu'en tous lieux ta majesté domine!
Oui, qu'un jour devant toi le monde entier s'incline!
Sur nous, sur les Gentils, confirme tes bienfaits.
Les chars qui vont broyant sous leur roue argentée
La foule épouvantée,
Fracasse-les, Seigneur..! Proclame enfin la paix.

Fais trembler tous ces rois, la terreur du vulgaire,
Taureaux impétueux, qui, pour appel de guerre,
Menacent de la corne et soufflent des naseaux;
Et qu'aux mâles accents de ta voix formidable,

Un reptile indomptable,
L'hôte écaillé du Nil, rentre dans ses roseaux.

Alors viendront à nous les chefs de l'Arabie;
Alors l'humide Egypte et la chaude Nubie
A l'autel du Seigneur enverront leurs présents.
Chantez, peuples divers qu'un feu sublime inspire,
Chantez l'unique empire
Que jamais dans leur cours ne détruiront les ans.

L'empire du Très-Haut doit survivre à la terre.
Un jour ce même roi qui vers son trône austère
Monte, et comme un soleil, franchit les cieux des cieux...
Terrible en ses grandeurs, jusqu'ici mal connues,
Descendra sur les nues,
Et viendra, juge et maître, éblouïr tous les yeux.

Au tonnerre effrayant de sa parole auguste,

Congregationem taurorum (*id est* regum) cum juvencis populorum, conculcantium (justos velut) argenti fragmenta.

Aut aliter : Congregationem taurorum (irruentium) in vitulos populorum (*id est* in populos debiliores), calcitrantes (sed frustrà) contrà rotas (bellatorum) argenteas (*S. Hier.*)[viii*].

32. (Tunc) venient legati (*Vulg.*) — proceres (*Cæteri*) —principes multis satellitis stipati (*Ros.*)— ex Ægypto;

Æthiopia præveniet (*Vulg.*) — currere-faciet (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) — celeriter extendet (*Bythn.*) — manus suas Deo.

33. Regna terræ, cantate Deo;

Psallite Domino. Selah.

34 α. (Psallite Deo, *Vulg.*), qui equitat (*seu* curru vehitur) in cœlis antiquis (*Ros. et Amam.*) — in cœlis cœlorum ad orientem (*Vulg.*) *vel* ab oriente; *quod Christi ascensioni fortassè alludit, cùm mons Oliveti ad orientem Jerosolymæ situm esse nemo ignoret.*

35. Date fortitudinem (*seu* gloriam) Deo! Super Israëlem (manifestabitur) magnificentia ejus;

Et virtus, *aut* robur ëjus (apparebit) in æthere *seu* nubibus.

36 α. Mirabilis Deus in sanctis suis (*Sept. et Vulg.*); *sed reverà :* terribilis (erit) Deus de sanctuario suo (*S. Hier.*), *aut magis adhùc fideliter :* terribilis (eris *vel* apparebis), Deùs, è sanctuariis tuis (*Vatabl.*, *Sant. Pagn.*, *Ar. Mont.*, *Munst.*, *Bythn.*, *Ros.*, *etc.*)[ix*].

34 β. Ecce dabit voci suæ sonum potentissimum

(*Ladvoc.*). — *Propriè :* Ecce dabit, voce suâ, clamorem potentiæ *aut* fortitudinis.

36 β. Deus Israëlis (tunc) ipse dabit robur et vires populo (suo *Vulg.*).

Benedictus (tunc erit) Deus.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui sancto ;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Réveillés à la fois, le coupable et le juste
Attendront à genoux un arrêt solennel.
C'est alors que Sion verra du Dieu qu'elle aime
Régner la loi suprème,
Et s'écrîra : « Béni, béni soit l'Eternel ! »

Gloire au Père, adoré des plus lointaines rives.
Gloire à son noble Fils, qui, du Mont des Olives,
Vers les cieux reconquis s'élança triomphant.
Gloire à l'Esprit, rayon de l'essence première;
Chaleureuse lumière
Du peuple fortuné qu'il dirige et défend.

Gloire à Dieu! — Qu'ici-bas l'on plie ou se raidisse,
Il domine. — Lui seul, au grand jour de justice,
Arbitre souverain des vivants et des morts,
Aux humbles comme aux fiers fera la part voulue :
Paix à la troupe élue;
Désespoir aux méchants sur le lit des remords.

NOTÆ.

* « Jehova nomen ejus. » — *Propriè :* « In Jehova nomen ejus. » Simplici hebraïsmo plerumque tribuitur hæc locutio. Istud tamen non esse fortuitum censet Castalio, cùm agatur ibi de Christo, cujus nomen est *in Jehova*, seu qui nomine ipsius Jehovæ præditus est. Deus enim (*Exod. 23*) sic populum suum alloquitur : « Ego mittam angelum meum, qui præcedat te, et introducat in locum a me tibi præparatum. Cole eum, ausculta eum, noli irritare eum, quia non ignoscet sceleribus vestris; etenim NOMEN MEUM EST IN EO. » Et quidem per Sanctum Paulum (*Philipp. II, 9*) scimus Deum Christo nomen dedisse « quod est super omne nomen. »

** « Deus habitare facit unius moris in domo. » — Habitare facit « *unicos*, » dicunt glossatores qui Vatablo adhærent; *id est*, efficit ut habeant amplam familiam hi qui liberis carebant. Istud, in se sumptum, simplex ac satis probabile foret, sed circumstantibus non quadrat. Multò magis phrasi congruus est ὁ sensus a Vulgatâ electus : « unius moris, unanimes. »

*** « Tu confirmâsti eam. » — Ibi Arias Montanus vocem NAHALATCA ad secundum comma rejicit, versiculum itâ secando : « Pluviam munificentiarum elevari-fecisti Deus; hæreditatem tuam, et-(si) labore confectam, tu confirmâsti [eam]. »

**** « Etsi jacueritis inter duos lapides focarios. » — Ad dispellendas hujus perobscuri loci densissimas tenebras, allatæ sunt tot conjecturæ, ut prorsùs impossibile foret omnes illas in nostrâ paginâ latinâ scribere, saltem è regione gallicorum versuum. Ne tamen a more nostro discedamus, hic saltem eas colligere æquum visum est, itâ ut studiosus Psalmorum lector nullam earum ignoret. Rursùs igitur τὸν paragraphum nunc inserimus, sed verè integrum ac omnes versiones continentem :

14. (Nobis enim, Domine, dixeras) : « Etsi (præ captivitatis miseriâ) dormieritis (*Vulg.*), *aut potiùs* jacueritis (*Munst.*) *vel* accubueritis (*Ar. Mont.*), inter medios canales (*Michaëlis, Schnurr., Dath.*) — inter medias acies (*Symm.*) — inter medios cleros (*Sept. et Vulg., de quâ dictione disputatur*) — *propriè* in medias sortes (*an* in medio portionum? *an* in medio periculorum?) — inter medios agros (*Agell.*) *vel* agri terminos (*S. Hier.*) — inter medios uncinos

seu cremasteres (*Grot.*) — inter medios lebetes *aut* tripodas (*Bythn. et Ar. Mont.*) — inter ollas (*Munster.*) *seu* chytropodes (*Muis.*) — inter (fuliginosas) caldarias (*Clar. et Vatabl.*) — inter medios lapides focarios (*Drach. rab. in Bibl. Vencii*), *id est* inter duas camini strues lapideas (*Amam. et Jac. Robertson.*);

» (Vobis darentur a Domino) pennæ (nitentes quasi) τῆς columbæ deargentatæ (*propriè* quæ-tecta-sit-argento) et cujus alæ (luceant *seu* rutilent) in flavedine (*Bythn.*) — in fulvore (*Vatabl.*) — in pallore (*Vulg.*) — in virore *seu* viriditate (*Septuag.*, *S. Hier.*, *S. Aug.*, *S. Hilar.*, *etc.*) — auri. »

Præcipua difficultas, ut videt lector, consistit in voce duali *SCHEPHATTAYIM;* nam ea decem vel duodecim significationes accipere potest, inter quas nulla decretoria ratio litem dijudicat.

Omninò rejicienda est opinio eorum qui *canales* hùc adducunt. De sententiâ Vulgati nihil dicimus; manet enim ea in incerto, cùm nemo sciat quid per *cleros* intellexerit auctor. Admitti posset Grotii versio, metaphoricè ibi quærentis *uncinos* seu *cremasteres* (gallicè DES CROCS OU CRÉMAILLÈRES), quia sebo ac fuligine squalidi esse solent (*). Melior adhùc foret imago *ollarum* sive *chytropodum* (MARMITES OU CHAUDIÈRES). Omnium autem optima translatio, ac, si nobis credatur, eligenda, est ea quæ *SCHEPHATTAYIM* reddit per *lapides focarios*, *lupideas camini strues;* gallicè « les deux pierres qui, dans un foyer rustique, fait à la façon des Anciens, servent d'âtre ou de chenets. » Hi enim lapides possunt a Psalte depingi quasi præbentes, pauperibus atque exulibus Israëlitis, durum et quasi ultimum cervical.

v* « Mons pinguis. » — *Propriè* « Mons Basan. » Hunc versiculum antecedenti jungens, Grotius sic eos vertit : « Cùm disjecerit Omnipotens reges ex eâ, tunc nitebitis in Selmone, monte excelso (*propriè*, monte Dei), et in monte Basan, monte caseorum; et in monte Basan (inquam). » — Hòc videtur è nimis longinquo quæsitum.

vi* « Mons quem habitabit Deus in perpetuum. » — Diversissimè etiam intelliguntur hi versiculi. Scilicet, exempli gratiâ :

» Quare saltatis; *aut* exsilitis, montes excelsi (*Sant. Pagn.*) seu gibbosi (*Bythn. et Ar. Mont.*); *id est*, cur vosmetipsos extollitis? Mons ille est, etc. »

(*) Tantummodo non debuisset *cremathrarum* nomine eos designare; aliud enim quoddam sunt *cremathræ*.

Vel ità : « Quare invidetis (*Clar.*), *aut* æmulamini (*Symm.*) montes excelsi, (adversùs) montem (quem) dilexit Deus ut habitaret in eo? Siquidem (ibi) Dominus habitabit semper. (*S. Hier.*). »

Vel denique : « Cur despicitis, *aut* deprimitis, montes gibbosi (*id est* excelsi), montem istum quem prædilexit Deus, etc. (*Ar. Montanus*). »

VII* « Propter templum tuum, etc. » — Propriè, « a templo tuo. » Sed isto modo, phrasis congruo sensu carere videtur; nam reges ethnici dona afferunt *ad* urbem Jerosolymam, non verò *ab* eâ. Necesse igitur est ut particulam *M* intelligamus quasi *propter*. Quòd si quis præpositionem *a* in proprio sensu (ἀπό) retinere vult, tenetur hunc versiculum præcedenti jungere, sic dicendo : « Quod operatus es in nobis, hoc confirma, Deus, a templo tuo Jerosolymitano. »

VIII* « Calcitrantes contra rotas argenteas. » — Multis etiam aliis modis interpretes vertunt, potiùsquàm explicant, istum obscurissimum locum. Verbi gratiâ : « Congregationem taurorum conculcantem in frustis argenti. » — Quid sibi vult hæc Bythneri versio? — « Ut excludantur ii qui probati sunt argento. » — Hujus phraseos τῶν Septuaginta et Vulgati, sæpè scrutatæ ac perpensæ, sensus manet adhùc quærendus.

IX* « Terribilis (cris), Deus, è sanctuariis tuis. » — Ecce phrasis pro quâ legitur in Vulgatâ celeberrimum illud : « Mirabilis Deus in sanctis suis. » Magnam sanè piamque veritatem, quam autem nullo modo enuntiat ibi Psaltes, et in cujus loco ponere debuimus versionem magis litteralem, jam à Sancto Hieronymo consecratam. Hic enim memorantur non *sancti* (οἱ ἅγιοι), sed *sancta* (τὰ ἅγια), vel potiùs *veneranda* (ὅσια, ut scripserunt Alexandrini), id est *sanctuaria*. Manifestè res apparet in Davidis textu, ubi vox semitica est *MIKDASCHIM*, quæ nullum alium sensum quàm *sanctuaria* potest admittere. Ac ne quid dubitationis maneat, præpositio adhibita hic non est *in* (hebraïcè BI), sed *ex* (hebr. MI).

NOTES.

¹) Elle part au milieu de nos chants de victoire.

Et cum homine (*hoc est* hominibus) non flagellantur.

6. Ideò tenuit eos (*Vulg.*) — torque ligavit eos (*Ar. Mont.*) — superbia;

Induitur (quisque eorum) veste violentiæ (*Sant. Pagn.*) — involvit ornamento iniquitas eos (*Ar. Mont.*) — involvit amictus violentiæ eos (*Vatabl.*) — obtegit amictum violentia eis (*Ros.*) — *Sed passivè Septuag. et Vulgatus interpres :* Circumamicti sunt (*Sept.*) — operti sunt (*Vulg.*) — iniquitate suâ. *Præterea addit utraque versio verba* « et impietate, » *quæ glossematis aliquam speciem habent.*

7. Prodit, *seu* turgescit, præ adipe (adeò felices sunt) oculus eorum uterque (*Hebr.*) — prodit quasi ex adipe (genio suo indulgens) iniquitas eorum (*Sept., Vulg., Syr., Schnurr., etc., et rectè*);

Transeunt (malitiæ suæ cursu) rationem humanam (*ad litteram*, cogitationes cordis) *.

8. Irrident (*S. Hier. et Ludov. de Dieu*), et loquuntur cum malitiâ calumniam ;

(Imò) de Excelso *seu* contrà Excelsum (*Sant. Pagn.*, *Vatabl.*, *Munster*) loquuntur. *Aut aliter ac simpliciùs :* In excelso (*Vulg.*) *vel* de excelso (*S. Hieron.*), — *id est* superbè, — loquuntur **.

9. Posuerunt in cœlos os suum,

Et lingua eorum ambulavit in terrâ.

10. Ideò revertitur (*Muis.*) populus meus (*Vulg.*), *seu* ejus (*scilicet* Dei), hùc (*nempè* ad istam temerariam periculosamque cogitationem de impiorum felicitate) ; *gallicè*, il en revient toujours là (à cette pensée, du bonheur du méchant) ;

Et aquæ plena (pocula) suguntur eis (*Clarius et Schultensius*); *sed hebraïco textui, utpotè hîc mendoso, adhærere nihil nos jubet. Meliùs est Vulgatam sequi, quæ sic transtulit :* et dies pleni inveniuntur in eis (*scilicet* in perversis, *nam impius plenos ac felices dies agit*).

11. Et dixerunt (timidi ac dubii) : « Quomodo sciret Deus ?

» Et (foret) scientia in Altissimo ?

11. » Ecce isti impii (*S. Hier.*) — ipsi peccatores (*Sept. et Vulg.*) — et abundantes in sæculo (*S. Hier. et Vulg.*) — et tranquilli, *aut* felices, sæculi (*Vatabl. et Ros.*) — obtinuerunt, *sive* auxerunt, divitias.

Les jeux de leur bouche impunie,
S'en vont insulter jusqu'au Ciel.

Aussi, le peuple qu'ils étonnent,
Jetant de longs regards sur eux,
Se dit, au penser dangereux
Des jours si pleins qui les couronnent :
« N'est-il pris jamais en défaut,
» L'Œil puissant qui pénètre et sonde?
» Est-il sûr que rien, rien au monde,
» N'échappe au savoir du Très-Haut?

» Quoi ! les méchants, quoi ! les impies,
» Restent les heureux d'ici-bas !
» Que nous servent donc nos combats,
» Nos rudes épreuves subies ?

» Bien vainement nous nous lassons
» A conserver notre âme pure.
» D'une loi fatigante et dure
» C'est payer trop cher les leçons. »

Il fut le mien, ce cri, qui blesse
Et l'Eternel et la vertu;
Pourtant, d'angoisses combattu,
Je disais, malgré ma faiblesse :
« Perdre espoir, et parler ainsi,
» C'est condamner la troupe sainte
» De ceux qui servent Dieu sans crainte,
» Exempts d'un profane souci. »

Alors, pour sonder ce mystère,
Mes pensers s'agitaient croissants.
Epuisé d'efforts renaissants,
Mon front s'inclinait vers la terre..,
Jusqu'au jour où j'ai pénétré,
Seigneur, ta céleste prudence,
Et des lois de ta providence
Compris l'enchaînement sacré.

Des mécréants et des coupables
J'aperçois la funeste fin :
Le calme du courroux divin
Leur tend des rêts inévitables.

13. » Ergò frustrà justificavi (*Vulgat.*) *seu* mundavi (*Aquil., S. Hier., Ar. Mont.*) — cor meum, et lavi in innocentiâ manus meas;

. Et (frustrà) fui flagellatus totâ die, et castigatio mea in matutinis (locum habuit). »

15. (Tamen) si dixero : « Narrabo sicut hoc (*id est*, eo modo loquar), »

Ecce nationem filiorum tuorum (Domine) reprobabo (*Vulg.*), *id est*, in filios Dei injurius ero (*Munst.*), *quos ipse Dominus castigat infortuniis, quamvis innoxii sint; qui tamen, patientiæ coronam ambientes, non se miseros putant. Sic ergò piorum phalangem perfidus essem* (*Ros.*).

16. Itaque cogitabam ad sciendum (*hoc est* intelligendum, evolvendum, enucleandum) istud;

Labor (verò) hoc (erat) in oculis meis.

Vel aliter : Si ratiocinarer ad cognoscendum hoc, molestia videbatur mihi.

17. Donec intraverim ad sanctuaria Dei, *nempè* adyta scientiæ divinæ (*Vatabl.*),

(Ac) intellexerim ultimum (*Sept., Psalt. rom. et S. Aug.*) — ultimum eorum (*Hebr., Vulg., S. Hier., etc.*) — *Id est*, donec perceperim profundiorem Dei arcanorum partem, *vel potiùs* finem *aut* exitum iniquorum, *quibus invidebam.*

18. Profectò in lubricis (viis, Domine) posuisti eos;

Cadere (*aut* corruere) fecisti eos in desolationes (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) *aut* ruinas (*Chald.*), *sed potiùs* in deceptoria *seu* loca fallacia (*Ros.*) — dejecisti

eos dùm elevarentur *aut* dùm seipsos extollebant (*Sept.*, *Vulg. et Syr.*).

19. Quomodò fuerunt in stuporem (*Syr.*) — in vastationem (*S. Hier.*) *seu* desolationem (*Vulg.*, *Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) — subitò !

Defecerunt consumpti præ terroribus (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) *Sive aliter, suadente Rosenmullero :* defecerunt (consumpti sunt, desierunt, etc.) ex improviso, *nam substantivum* BALLÂHÂH *sæpè significat* casum repentinum ac improvisum ; *quod parallelismo magis congruit, cùm voci* « subitò » *meliùs respondeat. Cæterùm, hanc versionem jam indicaverat Vatablus.*

20. Velut somnium ab evigilando, *id est* post evigilationem (*Ros.*) — velut somnium (quod fugit ab) expergefacto (*Sant. Pagn.*) — velut somnium evigilantis *aut* surgentis (*S. Hier. et Vulg.*) :

(Sic) Domine, in civitate tuâ (*S. Hier. et Vulg.*) — in suscitando *vel* excitando (*Ar. Mont. et Ros.*), *hoc est* quùm mortuos suscitabis (*Sant. Pagn. et Vatabl.*), — imaginem eorum spernes (*Chald.*, *Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) *vel* ad nihilum rediges (*S. Hier. et Vulg.*).

21. Quandò (igitur) delectabatur (*Sept.*, *Vet. Psalt.*, *S. August.*, *sed perperàm*) — inflammabatur (*Vulg.*) *vel* excandescebat (*Sant. Pagn.*) — contrahebatur (*S. Hier.*) — acescebat (*Ar. Mont.*), — *id est* exasperabatur (*Ros.*), cor meum,

Oh! comme ils y viennent tomber!
Comme, atteints des terreurs du crime,
Au bord du désolant abyme
En vain ils voudraient regimber!

Tel que d'un homme qui s'éveille
Le rêve s'évapore et fuit,
Quand les prestiges de la nuit
Cèdent à l'aurore vermeille :
Tel, au grand jour de Jéhova
Dès qu'apparaîtra son royaume,
Se dissipera le fantôme
Du bonheur qui les éleva.

Ainsi, lorsque l'impatience
Tourmentait mon cœur oppressé,
Je n'étais qu'un pauvre insensé
Qui juge et n'a point la science.
J'étais, sous les yeux du Très-Haut,

Pareil à la bête de somme,
Qui bronche, et lutte contre l'homme,
Faute de savoir ce qu'il vaut.

Du moins, ma raison aveuglée
Ne blâma tes plans qu'à demi,
Seigneur. — Et toi, divin ami,
Tu sauvas ma force ébranlée.
Replacé dans le droit chemin,
Je vis s'éclaircir les nuages;
Vers tes décrets profonds et sages
Tu me conduisis par la main.

Je vis la gloire où tu m'appelles
Si je crois, si je t'obéis.
J'adorai ; je m'évanouïs
Devant tes splendeurs immortelles.
Terre et cieux, qu'est votre beauté?
Seigneur, sois mon seul héritage!
Sois mon bien, mon lot, mon partage,
Mon trésor pour l'éternité.

Ah! ceux qu'animent d'autres flammes,
S'éloignant de toi, périront.
Les malheureux! ils se perdront,
Couverts de souillures infâmes.

Et præcordiis (*propriè* renibus) meis acuebar (providentiæ tuæ decreta ægrè ferendo) :

22. (Tunc) ego indoctus eram et ignorans (*Symm.*) — *Propriè :* ego (eram) insipiens (*Arias Mont.*) — brutus (*Muis.*) *aut* stupidus (*Ros.*), — et non intelligebam;

Jumentum eram apud te.

23. Et (tamen) ego semper tecum (eram, quamvis reluctans);

(Etiam tunc) tenebas manum dexteram meam.

24. Consilio tuo duxisti (*aut* ducis) me;

Et posteà (cùm) gloriâ suscipies me.

25. Quis (*Hebr. et Aquil.*) *aut* quid (*S. Hier. et Vulg.*) — mihi in cœlo?

Et a te quid volui super terram? (*Vulg.*) — *Aut meliùs :* Et tecum (aliquid) nolui in terra (*Hebr.*). *Id est*, te unicum volui.

26. Defecit (amore) caro mea et cor meum;

Robur (*propriè* rupes) cordis mei (*Hebr.*) — deus cordis mei (*Vulg.*) — et portio mea (est) Deus in æternum.

27. Nam ecce qui te (ob alia) relinquunt (*propriè*, elongantes-se a te) peribunt;

Perdidisti omnem (transfugam) deserentem te, *aut* abeuntem (*propriè* fornicantem) a te.

28. Quoad me (*ad litter.*, et ego), accessio ad Deum (*Sant. Pagn.*) *vel* appropinquatio Deï (*Ar. Mont.*) bona est (*Ros.*). — Mihi autem adhærere Deo (*Vulg.*), *seu* Deo conjungi (*Vatabl.*) *aut* conglutinari (*Septuag.*), bonum est. — *Gallicè :* moi, il m'est bon (*aut potiùs*, moi c'est mon bonheur) de m'attacher à Dieu;

Posui in Jehovâ spem meam.

28 *bis*. Ut annuntiem omnia opera tua (*Hebr.*) — omnes prædicationes (*Vulg.*) *aut* laudes (*Sept.*) tuas,

In portis filiæ Sionis (*Sept. et Vulg., nam hoc colon in hebr. deest*).

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto ;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Moi, je veux m'attacher à Dieu,
En lui seul mettre confiance,
Et, prôneur de son alliance,
La prêcher au seuil du saint lieu.

Gloire au Père, à lui dont les voies
Sont des mystères d'équité;
Au Fils, longtemps persécuté;
Au Souffle des célestes joies.
A l'Eternel, au roi béni,
Triade auguste et sage et pure,
Qui par soi-même existe et dure,
Qui durera dans l'infini.

NOTÆ.

* « Transierunt cogitationes cordis. » — Introducendo particulam *in*, de quâ nullum in orientali codice vestigium extat, videntur ibi Alexandrini, — necnon Italicus interpres, eos secutus, — inutilem difficultatem creâsse. « Transierunt τὰς cogitationes cordis, » hoc multò simplicius ac lucidius est quam istæ phrases : « transierunt in cogitationes cordis » (*Vulg.*) vel « transierunt in dispositionem cordis » (*Septuag.*).

** « Ex alto (id est superbè) loquuntur. » — Vocem MIM-MARÔM (de excelso) Vatablus, Santes Pagninus et Munsterus ad Deum referunt, illam scribentes, per excellentiæ majusculum characterem, « de Excelso; » ac, locutionem in malam partem sumendo, eam sic intelligunt : « contrà Excelsum. »

Istud, in seipso sumptum, quamvis nec a τοῖς Septuaginta, nec a Vulgatâ, nec ab ipso S. Hieronymo ratum fuerit, satis arridere posset, tanquàm nobilem ac religiosum sensum præbens; huic verò systemati obstat hebraïcæ linguæ indoles. Sermone enim latino, τὸ « loqui de Excelso » respondere potest phrasi gallicæ « parler du Très-Haut; » sed apud Hebræos, particula *MI* nihil nisi verum ablativum indicat. Semper igitur reddi debet per *a* vel *ex*, aut aliquid simile; nec ampliùs præpositioni *de* æquiparatur si ista sensum habeat particulæ *super*. — Multò minùs adhùc significat *adversùs*, *contrà*, etc.

Cæterùm, nec latinè quidem, hic dicendi modus « loqui de Excelso » unquàm significaret « loqui adversùs Excelsum. »

PSALMUS LXXIII VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXXIV.

(Ut quid, Deus, repulisti in finem ?)

MASKÎL LE-ÂSÂPH.

Intellectus Asaph. (*Vulg.*).
Intelligentia Asaphi. (*Sant. Pagn.*).
Eruditio Asapho. (*S. Hier. et Ar. Mont.*).

Que l'horrible dévastation dont il s'agit fût présente ou future quand on la dépeignait, le tableau ne peut s'en appliquer, d'après ses traits, qu'à celle dont l'ordre fut donné par Antiochus Epiphane. Si la composition du psaume fut historique et ne résulta pas d'une vision anticipée, il doit appartenir à l'époque du règne de ce prince persécuteur, temps où les infortunés Juifs « n'avaient plus de prophètes. »

Dans ce cas, l'Asaph ici mentionné ne serait point le contemporain de David, mais un de ses descendants.

Un morceau dont la couleur est si élégiaque en même temps que si héroïque, demandait chez nous à être jeté dans quelque moule de strophes à la fois souple et majestueux. Le traducteur n'en a pas trouvé qui parût mieux convenir que le *rythme Pellet*. (Voir le préambule du psaume 17).

UT QUID, DEUS, REPULISTI?

---

1. Quare, Deus, abes (*Munster.*) — elongâsti te (*Sant. Pagn.*) — indignaris (*Ros.*) — repulis nos (*S. Hier.*) — in perpetuum?

(Cur) fumat ira tua in gregem pascuæ tuæ?

2. Recordare congregationis tuæ (quam) acquisivisti olim; (quam) redemisti (in) virgam hæreditatis tuæ, *ità ut ea congregatio dominium tuum fiat, sceptro tuo subditum.*

Montis Sionis [istius, *Hebr.*] quo habitâsti [in eo].

3. Leva manus tuas in superbias (Gentilium) in finem (*Vulg.*), *hoc est* denique, — leva pedes (*propriè* gressus) tuos ad desolationes perpetuas (*Sant. Pagn.* et *Ar. Mont.*), *sed meliùs*, ad (restaurandas) ruinas sæculi, *id est* jam antiquas. (*Vide Rosenm., p.* 1346, 1347).

Nam omnia destruxit *aut* vastavit (*propriè* malèfecit) hostis (tuus) in sanctuario. *Gallicè*, il a tout MIS A MAL.

UT QUID, DEUS, REPULISTI?

Oh ! pourquoi ta fureur, vive, ardente, immortelle,
Fléau qui certe enfin nous devrait épargner,
Survit-elle à nos maux, Seigneur, — et semble-t-elle
De ton troupeau fidèle
A jamais t'éloigner ? —
Jette les yeux sur Israël, qui pleure ;
Qui, jadis racheté par ta protection,
Fut ton partage et ta possession.
Ressouviens-toi de ta longue demeure
Sur la sainte montagne, aux croupes de Sion.

Descends; — viens des Gentils contempler les ravages.
Ils ont tout dévasté dans les murs du saint lieu ;
Ils ont impudemment offert à nos hommages
D'exécrables images
Dans la maison de Dieu.
Comme la hache, en des forêts antiques,
Frappe, et du noir feuillage éclaircit les fourrés :

Tels, à grands coups d'instruments acérés,
Ils vont brisant de tes riches portiques
La noble ciselure et les lambris dorés.

Les tabernacles saints où ton peuple t'adore,
Pour contenter leur rage ils les ont mis en feu.
Profanant les parvis que ta gloire décore,
Ils vont plus loin encore
Dans leur coupable vœu.
« Exterminons, » ont-ils dit, « de la terre,
» Quiconque fuit nos dieux pour un maître meilleur.
» Aux lois d'exemple ajoutons la frayeur.
» Abolissons un culte trop austère;
» Faisons cesser partout les fêtes du Seigneur. »

Et nous, lorsqu'à la mort nous dérobons nos têtes,
Tristes, nous n'avons plus nos secours d'autrefois.
Jérusalem en deuil, au milieu des tempêtes,
N'entend plus des prophètes
Tonner la grande voix.
Jusques à quand, sans espoir et sans guide,

4. Rugierunt adversarii tui in medio solemnitatis, *vel* domûs, tuæ;

Posuerunt signa sua (tanquàm) signa. *Id est*, erexerunt *seu* vexilla sua in tropæum (*S. Hier.*), *seu potiùs* idola sua in imagines *colendas.*

5. Cognoscitur *aut* manifestum est (quòd) velut (lignorum cæsor) qui adducit vehementer, — *propriè* desuper) *gallicè* DE HAUT, *par conséquent* AVEC FORCE). — in implexam sylvam (*aut* densum dumetum) secures,

6. (Ità) et nunc sculpturas ejus pariter (profani conquassant);

Bipenni et malleis dejiciunt (ornamenta templi) *.

7. Incenderunt, — *propriè* miserunt in ignem (*quod vertitur, ad litteram, gallicismo :* ILS ONT MIS EN FEU) — sanctuaria tua;

In terrâ (*vel* usque ad terram) polluerunt tabernaculum nominis tui.

8. Dixerunt in corde suo : « Opprimamus (*Rosen.*) — depopulemus *vel* interficiamus (*Vatabl.*) — eos simul;

Comburamus omnes synagogas (*Hebr.*) ** — quiescere-faciamus omnes dies-festos (*Vulg.*) — Dei in terrâ.

9. Signa nostra (*hoc est*, *sive* cœrimonias cultûs nostri, *ab Antiocho prohibitas*, *sive potiùs* miracula, *majoribus nostris sæpè concessa*) non videmus; non-est ampliùs (apud nos) propheta;

Et nos non cognoscet ampliùs (*Sept. et Vulg.*, *sed malè.*) — *Multò meliùs :* Et non (vivit) nobiscum (ullus)

sciens usquequò (permansura sint tanta mala). *Sic S. Hieronymus et innumeri; sic volunt et parallelismus, et luciditas, et omnimoda ratio.*

10. Usquequò, Deus, improperabit (*aut* convicia-jactabit) adversarius (tuus)?

Blasphemabit-ne (*S. Hieron.*) — spernet-ne (*Vatabl.*) — irritabit-ne (*Vulg.*) — inimicus (noster) nomen tuum in perpetuum?.

11. Cur reducis (*aut* retrahis) manum tuam et dexteram tuam?

E medio sinûs tui (illam) exere (*Sim. Muis*). — *Vel aliter:* cohibe (*Jun. et Trem.*) *aut* prohibe (*Sant. Pagn.*) — consume (*Ar. Mont.*); *nempè sive* angustiam nostram, *ut putat Rosenmullerus,* sive hostes tuos, *ut rectiùs credit Amama*). — *Sed planior videtur Muisii sensus:* « È sinu tuo manum tuam exere tandem! potentem tuam dexteram exhibe et extende, etc.! » *Cui sententiæ favere videtur Vulgata, quamvis verbum* extendere *seu* exerere *desit:* « De medio sinu tuo in finem..! »

12. Nam Deus (est) rex meus (*Hebr.*), *sed meliùs,* rex noster (*Septuag. cum Vulg.*), ab initio;

Operans salutes (miras) in medio terræ (*hoc est* coràm omni terrâ).

13. Tu (Domine) dissipâsti (*S. Hier.*) — dirupisti (*Muis. et Rosenmull.*) — divisisti *aut* secuisti (*Vatabl.*) — *vel planè aliter,* confirmâsti (*Sept. et Vulg.*), *id est,* in muros consolidâsti, — fortitudine tuâ mare (rubrum);

Nous faudra-t-il poursuivre un douloureux chemin ?
Roi d'Israël, étends ta forte main !
Inattendu, que ton réveil rapide
Trouble tes ennemis dans leur règne inhumain.

N'es-tu donc plus ce Dieu, fidèle en ses oracles,
Ce Dieu puissant et bon, vengeur de nos aïeux,
Qui, pour les délivrer, à travers mille obstacles,
Prodigua les miracles
A la face des cieux !
Qui, pour sauver leur famille asservie,
La fit marcher à sec sur les sables amers..,
Tandis qu'un roi, léviathan des mers,

Loin de l'Egypte allait flotter sans vie
Et servir de pâture aux monstres des déserts !

Des enfants de Jacob, au sein de leurs épreuves,
Toi seul fus l'espérance et le seras toujours.
Tu sais tirer des rocs l'eau dont tu les abreuves,
Ou leur frayer les fleuves
Arrêtés dans leur cours.
C'est toi, Seigneur, qui fais aux feux solaires
Succéder la nuit fraîche et les cieux étoilés,
Ou qui promets aux mortels consolés,
Après l'hiver et ses âpres colères,
La saison rayonnante où mûrissent les blés.

Le crime étend partout ses nuages funèbres;
D'habitacles impurs l'univers est rempli :
Eh bien, daigne écarter ce voile de ténèbres !
Que tes bontés célèbres
Renaissent de l'oubli !

Contrivisti capita cetorum (*propriè* hydrorum *seu* hydrodraconum) super aquis.

14. Confregisti capita Leviathani; *nempè* Pharaonis (*Kimkh.*, *Ras.*, *etc.*), *quem balænæ comparat Psaltes;*

Dedisti eum (in) escam populo solitudinis ***.

15. Tu fidisti (*hoc est*, tu, findendo petram, nascere fecisti) fontem et torrentem (in eremi transitu);

Tu (è contrario, dùm ingrederetur Israël terram Canahan) siccâsti fluvios Ethan (*Vulg.*) — fluvios rapidos (*Aquil.*) — fluvios fortes *aut* potentes (*Cœteri*), — *scilicet Jordanem flumen* (*Vide Jos.* IV, 15, 16) *necnon fortassè torrentem Arnon* (*Vide Numer.* XXI, 14).

16. Tuus (est) dies, etiam tua (est) nox;

Tu parâsti luminare (*Rosenmull.*) — lunam (*Septuag. et Chald.*) — auroram (*Vulgat.*) — luminaria, *id est* astra (*S. Hier.*), — et (præcipuè) solem.

17. Tu statuisti (*S. Hier.*) *aut* constituisti (*Bythn.*) omnes terminos terræ;

Æstatem et ver (*Vulg.*) — *meliùs*, et hiemem (*S. Hier. et Omnes*) — tu fecisti (*Septuag.*) — tu plasmâsti (*Vulg.*, *S. Hier.*, *etc.*) — tu formâsti (*Bythn.*) — *potiùs*, tu disposuisti *seu* ordinasti — [ea]. — *Vide Rosenmuller.*, *p. 1360.*

20. Respice, Domine, ad pactum (tuum, *Vulg.*).

Quia repleta-sunt tenebrosa (loca) terræ habitaculis iniquitatis *aut* rapinæ.

21. Ne revertatur humilis (*vel* attritus) confusus (factus)!

Pauper et egenus laudanto nomen tuum! *Aut forsan :* Pauper et inops (sic) laudabunt (jure) nomen tuum.

19. Ne tradas bestiis (*S. Hier. et Vulg.*) — bestiis agri (*Chald. et Aben-Ezra*) — ne tradas feræ (*Ar. Mont.*) — ne tradas catervæ, *scilicet* hostium (*Vatabl.*) — animam lege tuâ eruditam (*S. Hier.*) — animam confitentem tibi (*Sept., Vulg. et Syr.*). — *Fortassè etiam aliter* (*legendo* THÔRÉCA *pro* THÔDÉCA), animam turturis tuæ (*Sant. Pagn., Amam., Arias Mont., Bythn., etc.*), *id est* populi tui innocui, gementis sicut gemit turtur : *lectio quam judicat Agellius aliquid præclari habentem; quam tamen sensui Vulgatæ non anteposuimus.*

Et congregationem (*Ar. Montan., etc.*) — *sed multò meliùs, ob parallelismum,* et animas (*Vulg.*) *seu* vitam (*S. Hier.*) — pauperum tuorum, ne obliviscaris in perpetuum.

21. Surge, Deus! Judica causam tuam!

Memor esto opprobrii tui (quo afficeris) ab insipiente (*aut* impio), omni (*vel* totâ) die.

18. Memento hujus (rei, quòd) inimicus exprobravit Jehovam,

Et (quòd) populus insipiens sprevit (*Vatabl.*) — blasphemavit (*S. Hieron.*) — incitavit, irritavit (*Vulgat.*), *quasi gallicè diceretur* A DÉFIÉ, — nomen tuum.

22. Ne obliviscaris clamoris hostium tuorum;

Nam superbia (*Vulg.*) — sonitus (*S. Hier.*) — tumultus (*Vatabl.*) — insurgentium contrà te (*Rosen.*), *vel* adversariorum tuorum (*S. Hier.*), *vel* eorum qui te oderunt (*Vulg.*), ascendit semper.

Que l'humble Elu, fort de ton alliance,
Ne reste point raillé des heureux et des grands.
Ne livre pas aux lions dévorants
Ceux qui, sur toi plaçant leur confiance,
T'ont rendu témoignage en face des tyrans.

Et si ce n'est pour nous, que ce soit pour toi-même.
Vois de tes ennemis jusqu'où l'insulte va :
Ils te bravent; — leur bouche, en son audace extrême,
Se joue avec blasphème
Du nom de JÉHOVA. —
Se peut-il donc que tu ne les ressentes,
Ces outrages, Seigneur, faits à ta majesté ?
Rabaisse enfin leur folle impiété,
Et les clameurs, de jour en jour croissantes,
D'un orgueil qu'enhardit sa longue impunité.

Gloire au Père invaincu, — juge et seigneur encore
Alors que son courroux laisse agir les pervers ; —
Au Verbe, au Saint-Esprit, ces flambeaux dont l'aurore
Dans les cœurs fait éclore
L'amour des maux soufferts.
Au Maître unique et triple tout ensemble,
Qui souvent ici-bas, pour nous humilier,
Sourd à nos cris, paraît les oublier..,
Mais déploîra, soit qu'on rie ou qu'on tremble,
Un pouvoir éternel sous qui tout doit plier.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

NOTÆ.

* « Bipenni et malleis dejiciunt. » — Nullus in totâ Psalmorum serie locus obscurior est illo. Mille modis interpretes ibi divergunt, verba et voces afferendo potiùsquàm lucem. Verbi gratiâ :

« Et non cognoverunt sicut in ingressu desuper (*Sept.*) — et non cognoverunt sicut in exitu super summum (*Vulg.*) — innotuit sicut introïtus in sublime (*Aquil.*) — manifesta signa in introïtu desuper (*S. Hier.*). » — *Et multa alia.*

Paulò lucidior est Bythneri versio : « Ostentat se (hostis) tanquàm adducens supernè secures in perplexitatem ligni, *nempè* in alta tabulata templi (*gallicè*, dans le parquet des plafonds du temple). Et nunc (Barbari) cælaturas ejus simul (*gallicè* à la fois) bipenni et malleis conquassant. »

Ex duobus tantùm, cæteris relictis, unum est eligendum. Vel bythnerianam versionem oportet assumere, vel interpretationem « Cognoscitur, etc. », quam, meliorum inopiâ, accipiendam esse duximus, quamque posuimus è regione (en face) versuum gallicorum.

** « Quiescere faciamus omnes dies festos Dei in terrâ. » — Pro istâ phrasi, habet hebraïcus textus : « Incenderunt omnes synagogas Dei in terrâ. » Opinatur, nec sine causâ, Sanctus Hieronymus (*Epist. ad Suniam*) ipsos Alexandrinos non καταπαύσωμεν (*id est* quiescere faciamus), sed κατακαύσωμεν (*hoc est* incendamus), primitùs scripsisse, sicut adhùc in Theodotione et Sextâ Editione legitur. Potuit itaque textûs hebraïci antiqua lectio fuisse talis ut sensus ejus foret : « Incendamus omnes synagogas Dei in terrâ. »

*** « Dedisti eum in escam populo solitudinis. » — Id est : « Pharaonem, a te demersum, velut escam tradidisti τῇ ferarum et accipitrorum multitudini, Æthiopiæ desertas plagas incolenti ; » vel fortassè, ut conjicit Grotius, « ipsis Æthiopibus maritimis. » Quod ultimum, quamvis auditu insuetum, potest non carere sensu satis congruo, dummodò indirectè phrasis intelligatur ; nam iste populus, testibus Strabone ac Diodoro, icthyophagus erat, unicè piscibus vivens ; atqui, submersorum cadaveribus libenter viscuntur pisces marini.

Opinatus est Theodoretus ipsam Ægyptiorum rempublicam, tantâ clade debilitatam, exindè hinc non resistere potuisse Æthiopibus, iisque datam esse quasi in escam. Sed hoc nimis exquisitum, nimis contortum videtur ; nec historiæ quidem satis consonum est, cùm diù floruerit adhùc Ægyptus post Israëlitarum discessum.

PSALMUS LXXIV VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXXV.

(Confitebimur tibi, Deus.)

LA-M'NATSÊAKH, AL THASCHKHÊTH, MIZMÔR LE-ÂSÂPH, SCHÎR.

In finem, ne corrumpas, psalmus cantici Asaph. (*Vulg.*).
Victori, ut non disperdas, psalmus Asaph, cantici. (*S. Hier.*).
Victori, ne corrumpas, psalmus Asapho, canticum. (*Ar. Mont.*).
Victoriale carmen, de incorruptione. (*Symmach.*).
Præcentori, ne disperdas, psalmus Asapho (tradendus); hymnus *vel* poëma.

Malgré les tours de force d'Eusèbe, qui disserte pour justifier la singulière idée de Symmaque, on ne voit rien ici qui soit relatif à l'*incorruption* dont parle ce dernier. Si l'AL THASCHKHÊTH n'est pas le timbre d'un ancien air, ce qui reste de plus naturel est de le traduire, ainsi qu'a fait saint Jérôme, par *ne disperdas*; et de le regarder comme une simple recommandation du morceau.

CONFITEBIMUR TIBI.

2. Confitemur tibi, Deus; confitemur,
Et invocamus nomen tuum (*Septuag.*, *Vulg. et Syrus*) *.
Narrantur (apud nos) mirabilia tua; *vel activè :* Narrant (Judæi) mirabiles tuas (pugnas *aut* sollicitudines).

3. Cùm accepero (dicit Dominus) synagogam, *id est* convocationem (*Aquil. et Symm.*), *sed meliùs*, tempus statutum (*Septuag.*, *Vulg.*, *Syr.*, *Chald.*, *Hieronym.*, etc.),
Ego justitias (ipsas) judicabo; *vel forsan simpliciùs :* ego secundùm justitias judicabo, *id est* æquissimè.

4. Dissolventur, *propriè* liquefacti (erunt), terra et omnes habitatores ejus;
(Ista terra, cujus) confirmaveram (*Grotius et Vulg.*) — ponderaveram (*Aquil.*) — appenderam (*S. Hier.*) — aptaveram ac fulciveram (*Amam.*) — stabiliveram (*Clar.*) — columnas [ejus]; *videlicet* montes, *ut rectè monet Aben-Ezra.*

5. (Ego igitur propheta) dixi dementibus : « Ne insaniatis (adversùs Deum); »
Et impiis : « Ne exaltetis cornu.

6. » Ne extollatis in excelsum (o peccatores) cornu vestrum,

CONFITEBIMUR TIBI.

Roi propice aux cœurs doux, formidable aux méchants,
Qui sur nous en bon maître veilles,
Nous te louons. — Jacob exalte par ses chants
Ton nom, ta gloire et tes merveilles.

Les mondains périront, dans leur fausse vertu,
Bien qu'hélas tu les avertisses.
« Lorsque viendra mon jour, frémissez, » leur dis-tu ;
« Je viendrai juger les justices.

» Alors se dissoudront, à mon souffle ennemi,
» La terre et ses mille peuplades ;
» La terre, aux flancs si durs, dont j'avais affermi
» Les monts en hautes colonnades. »

Ah, Seigneur ! effrayé de leur triste avenir,
Souvent aux mortels en démence
J'ai crié : « Songez-vous au bras qui sait punir,
» Vous qui fatiguez sa clémence ? .

» Cessez de rehausser d'un faste souverain
» Vos fronts, voués à l'anathème,

» Et de raidir l'orgueil de vos nuques d'airain,
» Qu'irrite le joug de Dieu même.

» Car, du nord, du midi, ni des climats lointains
» Où le jour se lève ou se couche,
» Jamais n'arriveront les secours incertains
» Rêvés par votre espoir farouche.

» Dieu seul règne. — Imprudents.., à son vouloir sacré
» Que vous sert d'opposer le vôtre ?
» Il juge les humains. Libre, il peut à son gré
» Elever l'un, abaisser l'autre.

» Aux mains de Jéhova, dans ses desseins vengeurs,
» La coupe écumante est remplie ;
» Le vin de sa colère y bout..., et les pécheurs
» L'épuiseront jusqu'à la lie. »

Pour moi, qui d'Elohim acceptant les décrets,
Aime en lui le Dieu de mes pères,
Heureux de proclamer, de chanter ses arrêts,
Je coulerai des jours prospères ;

Et lorsque les pervers insolemment viendront
Sur nous déchaîner la tempête,
Hardi je briserai l'armure de leur front :
Le juste lèvera la tête.

» Nec loquamini cum collo duro (*id est* rigido, erecto ac indomito). »

7. Quia non ab ortu (solis), *aut* ab occidente,
Neque a deserto (*id est* ab Aquilone) *vel* meridie, — *nam utraque plaga Judææ, septentrionalis et australis, deserto claudebatur,* — sublevatio (expectanda est) **.

8. Verùm Deus (est) judex *aut* dispensator (summus et unicus) :
Hunc humiliat et hunc exaltat (arbitrio suo).

9. Nam calyx (est) in manu Jehovæ, et (ibi) vinum rubet *vel* æstuat, (calyx) plenus mixto,
Et (Dominus) effundit (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) — inclat (*Vulg.*) — propinat (*S. Hier.*) — ex hoc (scypho).
Etiam τὰς fæces ejus sugent (et) bibent (*id est*, usquè ad succionem epotabunt) omnes peccatores terræ ***.

10. Ast ego exultabo (*Septuagint.*) — annuntiabo (*S. Hier. et Vulg.*) — in sempiternum (*subaud.* justitias Domini);
Psallam Deo Jacobi.

11. Et omnia cornua impiorum, *vel* peccatorum, concidam (*Aquil. et Sant. Pagn.*) — confringam (*Symm., S. Hier. et Vulg.*);
Et exultabitur cornu justorum (*Theodotio.*) — et exaltabuntur cornua justi (*Sept., Vulg. et S. Hier.*).

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritui Sancto;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

Gloire au Père invincible et trop peu redouté ;
Au Fils qui pour nous intercède ;
Au Souffle qui remplit d'une humble charité
Les cœurs qu'il dirige et possède.

A la Trinité sainte, unique en sa grandeur,
Inconcevable en sa nature,
Dont nul ne peut sonder l'immense profondeur,
Antique et présente et future.

NOTÆ.

* « Et invocamus nomen tuum. » — In hebraïco psalterio nunc legitur : « Et propinquum (nobis est) nomen tuum. » Quod Rosenmullerus, variis textibus fultus, sic interpretatur : « Et nomen tuum (apud nos frequens et usitatum) habitat in ore nostro. »

** « Nec a deserto (expectanda est) sublevatio. » — Multi, inter quos et Septuaginta, HÂRIM non quasi infinitivum *sublevare*, sed quasi plurale substantivi *montis*, acceperunt; et, pro MI-MIDBÂR longo, MI-MIDBAR breve legentes, quasi foret ista vox in statu regiminis, hunc sensum maluerunt « nec a deserto *montium*. » Sed isto modo, phrasis difficilè potest integra reputari, nisi elliptica sit. Inutile autem est ad ellipsim confugere, si Kimkhii sententiam, compluribus codicibus firmatam, eligere velit lector. Hanc, ut probabiliorem, secuti sumus, sicut jam fecerat Santes-Pagninus.

*** « Et Dominus effundit ex hoc. » — Istius versiculi duæ versiones proponuntur.

Prior earum talis est : « Nam calyx (est) in manu Jehovæ, et (ibi) vinum (jucundum ac generosum) rubet, (quamvis) plenus (sit calyx, in imâ ejus parte) mixtione; « *itâ ut probos et malos, in uno ac eodem scypho, duplex liquor maneat, planè diversus.* »

Posterior Interpretatio sic se habet : « Nam calyx (est) in manu Jehovæ, et (ibi) vinum (lutosum ac turbidum) æstuat *seu* tumultuatur; (calyx) plenus infusione (usque ad summum); » *itâ ut scyphus nonnisi liquorem unum (scilicet iram Dei) contineat, et solis peccatoribus destinetur.*

PSALMUS LXXV VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXXVI.

(Notus in Judæâ Deus.)

LA-M'NATSÊAKH BI-N'GHÎNÔTH, MIZMÔR LE-ÂSÂPH, SCHÎR.

Victori, in carminibus, psalmus Asaph, canticum. (*S. Hier.*).
Victori, in neghinoth (*Sant. Pagn.*) — in modulis (*Ar. Mont.*) — cantus Asapho, hymnus.
In finem, in laudibus, psalmus Asaph, canticum ad Assyrios. (*Vulg.*).

NOTUS IN JUDÆA.

---

2. Notus (*vel* celeber) in Judæâ (*propriè* in Judâ) Deus (est);
In Israële magnum (est) nomen ejus.

3. Et fuit, *aut* factum-est (*vel* erit *aut* fiet) in Salem (*nempè* in urbe Jerosolymâ, cui primitùs nomen erat SÂLÊM, *id est* pax) tabernaculum ejus;
Et habitatio ejus in Sione (sita est).

4. Ibi confregit *sive* prunas, scintillas *aut*, fulmina, *etc.*, arcûs (*Ar. Mont.*, *Amam.*, *Ros.*) *sive* aves *aut* volatilia arcûs (*S. Hier.*, *Yarch. et Michaël.*), *id est*, *in utroque casu*, sagittas. (*Vide Amamam, apud Criticc. sacros, t. IV, p. 439, necnon Rosenmullerum, t. III, p. 1382 et seqq.*).
Ibi (confregit) clypeum et gladium et bellum. Selah:

5. Illustris (enim) tu (es, Domine);
Potens (quasi leo egrediens) è montibus prædationis *aut* direptionis ; *vel* potens (*id est* dives) acervis et quasi

NOTUS IN JUDÆÂ.

Qu'inattentive ou d'erreurs obsédée,
La terre, du Très-Haut défigurant l'idée,
Méconnaisse le Roi du ciel :
Son nom, qu'honore et craint la fidèle Judée,
Est grand du moins en Israël.

Sur les rochers de la sainte colline,
Au centre de Sion qu'avec pompe il domine,
S'assied son temple aux murs épais.
Le Seigneur a placé sa demeure divine
Dans Salem, la ville de paix [1].

C'est là qu'il vient, dans une nuit sanglante,
De fracasser le glaive et la pique insolente,
Et la cuirasse des combats. —
Et de briser le dard et la flèche volante,
Ces cruels oiseaux du trépas.

Brillant soutien de notre humble patrie,
Qui des fiers conquérants arrêtes la furie,
Gloire à toi, gloire à toi, Seigneur!

A peine tu parais.., les géants d'Assyrie
Succombent transis de frayeur.

L'or du pillage a fui leurs mains cupides.
Terrassés par ta voix, ces guerriers intrépides
N'ont trouvé force ni conseil.
Ceux qui montaient les chars ou les coursiers rapides,
Dorment pour toujours leur sommeil.

Adonaï, dieu bon, dieu tutélaire,
Qu'Israël te bénisse ! — Heureux s'il t'a su plaire,
Rien ne le doit épouvanter.
Belliqueux est ton bras, terrible est ta colère :
Oh ! qui pourrait te résister ?

Du haut des cieux, quand ta force tardive
Vient venger l'Innocence ou mourante ou captive,
L'effroi te sert d'avant-coureur.

montibus prædæ, *post devictos ac spoliatos hostes tuos.* — *Vel potiùs :* Potens (tu es) præ montibus direptionis, *id est* potentior es montibus direptionis aut prædæ. — *Quod duplici sensu interpretari potest ; nam per* montes prædationis, *alii intelligunt Assyriorum Curdorumque patriam, montuosam regionem ex quâ direptores Judæam invaserant ; alii autem* ipsos prædatores, *quippe qui, robore et proceritate cùm superiores Judæis forent, gigantes iis videri debebant* *.

6. Turbati (*Vulg.*) — spoliati (*S. Hier. et Vatabl.*) — præda-facti (*Rosen.*) sunt — dediderunt se (*Amam. et Chald.*) — οἱ fortes corde (*Symm. et Sant. Pagn.*) — insipientes corde (*Vulg.*) — superbi corde (*S. Hier.*).

Dormierunt somnum suum ;

Et non invenerunt omnes (hi) viri roboris (*id est* robusti) opes *aut* vires (*propriè* manus) suas **.

7. Ab increpatione tuâ, Deus Jacobi,

Consopitus-est (et) currus et equus ***.

8. Tu terribilis (es), tu, et quis resistet tibi (*Vulg.*) ? — quis stabit adversùm te (*S. Hier.*)? — quis stabit coram facie tuâ (*Hebr.*)?

Ex τῷ tunc iræ tuæ (*id est,* statim ac ira tua cœperit). *Gallicè, ad litteram :* « dès l'ALORS de ta colère ; » *hoc est*, à partir du moment de ton courroux.

9. De cœlis audiri-facies judicium ;

Terra timebit et quiescet. *Id est, juxtà S. Hieronymum,* terra tacebit timens.

10. (Hoc fiet) cùm surrexerit ad judicationem Deus,
Ad salvos faciendos omnes mites (*aut* mansuetos), terræ. Selah.

11. Quia (*vel* quùm) fervor (*aut* æstus, furor, incandescentia) hominis (cessando) confitebitur tibi (Domine);
(Tùm) residuum irarum (tuarum) accinges (*Sant. Pagn. et Ar. Mont.*) — *potiùs*, succinges, constringes *aut* cohibebis (*Yarchius*). — *Vel*, *alio modo* : Nam (cùm terra tremuerit ac quieverit) furor hominum, compressus, confitebitur tibi ; et irarum eorum si quid est reliquum, hoc cohibebis (*Muisius*).

Aliter, sed minùs aptè : Reliquiis iræ accingêris (*S. Hier.*), *nimirùm* ergà Gentiles (*Chaldæus*) ****.

12. Vovete et persolvite Jehovæ deo vestro (o tribus israëliticæ) ;
Omnes (qui vivitis) in circuitu (*hoc est* in terrâ templi), afferte (ei) munera.

Vel fortassè : Omnes (etiam Gentiles) qui in circuitu (et ad limites regionis) ejus (vivunt), afferant (ei, cum Israëlitis) munera.

13. Terribilis (enim est, et) aufert *aut* succidit (*propriè*, vindemiat) spiritum (vitalem) ducum (*S. Hier.*) — principum (*Vulg.*).
Terribilis (est) ergà reges terræ.

Tu parles : tout frémit, — et la terre, attentive,
Garde un silence de terreur.

Mais des mortels si l'impuissante rage
S'humilie, — et qu'en eux un généreux courage
Les décide à se convertir : —
Enchaînant ton courroux, oubliant ton outrage,
Tu fais grâce à leur repentir.

Acquittez-vous par la reconnaissance,
Serviteurs du vrai Dieu qu'à Solyme on encense :
Vieillards, prêtres, vierges, soldats.
Pour vous, des chefs de guerre il abat la puissance,
Il moissonne les potentats.

Gloire et triomphe au Seigneur des armées,
Formidable recours des vertus opprimées,
Vainqueur des héros et des grands;
Aux pieds de qui viendront expirer désarmées
Les fureurs de tous les tyrans.

Gloire et triomphe au seul Etre adorable:
Père, Fils, Esprit saint; triade incomparable,
Dont la loi garde au genre humain,
Après un jour d'épreuve et juste et peu durable,
L'éternité du lendemain.

Gloria Patri et Filio
Et Spiritui Sancto ;

Sicut erat in principio ,
Et nunc et semper ,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

NOTÆ.

* « Potens es è montibus prædæ *vel* præ montibus direptionis. » — Aliter Vulg., cum Alexandrinorum versione : « Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. »

** « Et non invenerunt, omnes (hi) viri roboris, vires suas. » — Aliter, ac fortassè meliùs, Septuag. et Vulgatus : « Et nihil invenerunt omnes (hi) viri divitiarum in manibus suis. » Verbum KHAYÏL pro *opibus* sumpserunt, acceperuntque substantivè vocem LÔ, in *nihili* significationem.

*** « Consopitus est et currus et equus. » —Ità S. Hieronymus et omnes qui textui adhæserunt. Vulgata verò, Alexandrinos secuta, sic se habet : « Dormitaverunt qui ascendebant equos. »

**** « Residuum irarum accinges. » — Hic etiam Sept., necnon Vulgatus, ab hebraïco codice discedunt, sic vertendo : « Quoniam cogitatio hominis tibi confitebitur, et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. » — Quid autem ista significent, undèque veniat hic *dies festus* quem *agere* censentur *ai reliquiæ cogitationis*, nemo potuit unquàm dicere.

NOTES.

[1]) Dans Salem, la ville de paix.

On sait que Jéru-Salem s'appelait primitivement *Salem*. C'est le nom que portait cette ville sous le règne de Melchisedec.

PSALMUS LXXVI VULGATÆ;

HEBRÆORUM LXXVII.

(Voce meâ ad Dominum clamavi.)

LA-M'NATSÊAKH 'AL YEDOÛTHOÛN, LE-ÂSÂPH, MIZMÔR.

In finem, pro Idithun, psalmus Asaph. (*Vulg.*).
Victori, pro Idithun, psalmus Asaph. (*S. Hier.*).
Victori, super Jeduthun, Asapho, cantus. (*Ar. Mont.*).
Præcentori, pro Jeduthun, Asapho psalmus.

VOCE MEÂ.

—

2. Vox mea (ascendit) ad Deum (*Hebr.*) — ad Dominum (*Sept.*, *Vulg.*, *Aquil.*, *Theodot.*, *S. Hier.*), *ac rectè, propter parallelismum*, — et clamò;

Vox mea ad Deum, et audiet me. *Propriè, in infinitivo*, et audire me, *velut in hâc phrasi gallicâ :* « et lui de m'écouter. »

3. In die tribulationis meæ Dominum quæsivi.

Manus mea (supplex) noctu extenditur et non quiescit (*S. Hier.*) — noctu extensa est continuè (*Symm.*) — noctu effusa est, *adeò expandebatur* (*Ludov. de Dieu*), *vel* perfusa est, *scilicet lacrymis* (*Chald.*), et non cessabat. — *Vel fortassè :* Plaga mea noctu defluebat (quasi purulento sanguine) nec requiescebat (*Sant. Pagn.*); Renuebat consolari anima mea.

5 α. Anticipaverunt vigilias (*nempè* matutinas) inimici mei (*Septuag. et S. August.*), *sed meliùs*, oculi mei (*Vulg.*).

4 α. Recordabar Dei, et (tamen) tumultuabar (*Sant. Pagn.*) — conturbabar (*S. Hier.*) — inquietus eram (*Vatabl.*).

VOCE MEÂ.

—

Ma voix monte au Seigneur. Toujours, dans la détresse,
Israël l'implora.
Ma voix monte au Seigneur. Sa force vengeresse
M'encourage ; et les vœux qu'au Tout-Puissant j'adresse,
Son cœur les entendra.

Jadis, il est bien vrai, le doute à mes prières
S'était venu mêler.
Mes soucis en éveil tourmentaient mes paupières ;
Ma douleur résistait, durant des nuits entières,
A se voir consoler.

En vain de Jéhova mon attente épuisée
Gardait le souvenir.
De ses dons loin de moi descendait la rosée ;

Et souvent il semblait à mon âme abusée
Ne pouvoir l'obtenir.

Toutefois, en esprit, je déroulai les âges,
Les âges du vieux temps;
Siécles où du Très-Haut la faveur sans nuages
Payait de nos aïeux l'amour et les hommages
Par des bienfaits constants.

Je retrouvai moi-même, en ma propre mémoire,
Mes heureux jours passés;
Ces fortunés moments d'allégresse et de gloire
Où j'avais tant de fois fait parler ma victoire
En accords cadencés.

Dès lors, dans ce qui fut, cherchant ce qui doit être,
Je revins à l'espoir.
Je me dis : « Les bontés que Dieu laissa paraître,
» Ne doit-il plus jamais, ce doux et puissant maître,
» Nous les faire encor voir ? »

5 *b*. Turbabar (*Vulg.*) — stupebam (*S. Hier.*) quassatus *vel* contritus eram (*Sant. Pagn.*), — et non loquebar.

4 *b*. Meditabar (*Vatabl.*) — exercebar (*Vulg.*) — loquebar (in memetipso (*S. Hieron.*), — et deficiebat spiritus meus. Selah.

6. Supputavi (*Sant. Pagn.*), — *sed potiùs*, *duce S. Hieronymo*, recogitavi (*gallicè* je passai en revue), — dies antiquos,

Annos sæculorum (pristinorum); *ubi majoribus nostris Dominus favebat.*

7. Et meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar (*Vulg.*). — *Hebraïcè autem aliter*, *et pulchriore sensu*: Recordatus sum cantationis *vel* psallitionis meæ (antiquæ), *scilicet* gaudii mei peracti); noctu cum corde meo locutus sum (*S. Hier.*).

Et scopebam (*S. Hier. et Vulg.*) — et sarriebam *aut* sarculo purgabam (*Septuag.*) — spiritum meum; *sed simpliciùs*, et fodiebat (*Aquil. et Bythn.*), *id est* inquirebat *seu* scrutabatur *aut* pervestigabat (*S. Aug.*, *Ar. Mont.*, *etc.*) — spiritus meus, *nempè* τὰ futura (dicens) :

8. « Numquid in sæcula indignabitur Dominus (*Ros.*)? — repellet *aut* projiciet (nos) Dominus (*S. Hieron. et Vulg.*) ?

» Nec iterùm benevolus fiet? — *Propriè*, nec addet ut velit (*hoc est* ut benè velit) ampliùs?

9. » Numquid in perpetuum defecit, *aut* desiit, clementia ejus?

» (Num) consumptum (*vel* peremptum) est verbum ejus, in generationem et generationem?

10. » Numquid obliviscetur misereri Deus?

» Concludet (*aut* retinebit) in irâ, misericordias suas? »

11. Et dixi : « Nunc cœpi (*Sept.. et Vulg.*) » *Sed congruentiùs sermonis seriei*, *S. Hier. et omnes qui hebr. codicem sequuntur :* Et dixi : « (Nonnisi) imbecillitas *seu* debilitas, mea (*scilicet* quædam peccatorum meorum consecutio) est (id quod patior). *Gallicè*, cette misère est mienne, elle vient de moi. (*Bossuetius*).*

Hæc (tristis fortunæ) mutatio (nihil aliud est quàm facinus) dexteræ Excelsi (*S. Hier.*). — *Vel forsan meliùs :* Precatio mea hæc (est) : ut mutetur (et in me benignior fiat) dextra Altissimi (*Ludov. de Dieu*)**.

Aut, *duos phrases conjungendo :* Et dixi : (Hæc) infirmitas mea (est) ipsa mutatio dexteræ Excelsi. (Consistit unicè infortunium meum in eo quòd mutata fuerit ergà me dextra Altissimi).

12. Recordabor curarum *aut* studiorum (*Ar. Mont.*) — providentiarum (*Symm.*) — Jehovæ,

Dùm reminiscor a principio miracula tua (ô Deus).

13. Et meditabor in omnibus operibus tuis;

Et de (paternis) adinventionibus (*aut* sollicitudinibus) tuis loquar, *dicendo :*

14. « (O) Deus, in (summâ) sanctitate (est omnis) via tua.

De ses vieux protégés nous la jeune semence,
Pour toujours a-t-il donc
Fermé sur nos douleurs ses yeux et sa clémence ?
A-t-il, dans les trésors de son pouvoir immense,
Oublié le pardon [1] ?

Non. — De sa main, sur moi, si mon péché funeste
Causa le changement,
Le cri du repentir, cette arme qui me reste,
Peut faire succéder, chez mon Juge céleste,
La grâce au châtiment.

Oh ! j'aime à méditer la sagesse profonde
Des lois de l'Eternel,
Et sa miséricorde, où mon recours se fonde,
Et de sa providence, en miracles féconde,
Le soin tout paternel.

Que nos conceptions sont loin d'être pareilles
Seigneur, à tes desseins !

Qui t'égale, ô mon Dieu? Toi seul fais des merveilles.
Daigne, oh! daigne accomplir, pour nous sur qui tu [veilles,
Tes plans vastes et saints;

Comme aux jours où, guidant la race délivrée
Qui t'avait pris pour chef,
Aux yeux des nations tu lui frayas l'entrée
Des déserts où campa la foule rassurée
Des enfants de Joseph;

Comme aux jours où les mers, ouvrant devant ton Arche
L'abyme de leur sein,
Sur les écueils séchés respectèrent sa marche,
Et vomirent vivant des fils du Patriarche
Le formidable essaim;

Où, dans ce large gouffre envers nous débonnaire,
Notre ennemi, trompé,
Soudain, au bruit des vents, au fracas du tonnerre,
Par les flots, retournés à leur pente ordinaire,
Périt enveloppé.

Les eaux avaient livré passage au Roi du monde,
Passage à ses élus:

» Quis deus (dici potest) magnus sicut Deus?

15. » Tu es ille deus (*græcè* ὁ Θεός, *gallicè* le Dieu) qui facis mirabilia (*propriè* faciens mirabile *seu* miraculum);

Notam-fecisti (olim) in nationibus fortitudinem tuam.

16. Redemisti brachio (tuo) populum tuum,

Filios Jacobi et Josephi ***. Selah.

17. Viderunt te aquæ, Deus; viderunt te aquæ et timuerunt (*Vulg. et Sant. Pagn.*) — et parturierunt (*S. Hier. et Ar. Mont.*), *scilicet rejiciendo è gurgitibus suis Jacobitas incolumes;*

Et commotæ (*vel* territæ *aut* turbatæ) sunt abyssi *seu* voragines.

18. Profuderunt aquas nubila; vocem dederunt ætheres;

Etiam sagittæ tuæ (*nempè* fulgura) discurrebant.

19. Vox tonitrûs (*seu* rugitûs) tui (audiebatur) in rotâ (*aut* rotunditate *vel* gyro. — *Id est, secundùm Vatablum, Clarium et Grotium,* in aëre *vel* æthere, *qui sphæræ formam perhibet; sed secundùm Rosenmullerum, ac certè meliùs,* in turbine *aut* vortice (*gallicè* dans la trombe), *quod marinæ tempestatis est notissimum phænomenon* **.

Illuxerunt coruscationes tuæ τῷ orbi terræ (*Vulg.*); concussa-est et contremuit terra.

20. In mari via tua (fuerat), et semitæ tuæ in aquis immensis *aut* profundis (*propriè* multis);

At vestigia (*vel* itinera) tua non (ampliùs) cognoscebantur.

21. (Ità, liberatoris partes agens,) duxisti sicut ovem (*aut* gregem) populum tuum,
Per manum Mosis et Aharonis.

Gloria Patri et Filio,
Et Spiritûi sancto;

Sicut erat in principio,
Et nunc et semper,
Et in sæcula sæculorum.
Amen.

C'en était fait... Couverts par la houle qui gronde,
Tes sentiers, Jéhova, sous la vague profonde,
Ne se connaissaient plus.

Ainsi, toujours sauvant ta brebis reconquise
De la main du larron,
Seigneur, tu conduisais vers la Terre promise
Ton peuple, dirigé par la voix de Moïse,
Par la voix d'Ahâron.

Gloire au Père, à qui seul ce titre noble et tendre
Appartient à bon droit;
Au Fils, né pour nous plaindre, et mort pour nous dé-
[fendre;
A l'Esprit, qui nous pousse au rivage où doit tendre
Le cœur... s'il aime et croit.

Au Dieu saint et sauveur, — unique en son essence;
Triple en sa royauté, —
Dont le berceau des jours n'a point vu la naissance,
Et de qui les Elus béniront la puissance
Durant l'éternité.

NOTÆ.

